



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

(Arch.)

150



~~10~~
~~45~~

4^o March. 150.

COMMENTARIUS CAROLI PATINI


I N

ANTIQUUM MONUMENTUM
MARCELLINÆ
E GRÆCIA NUPER ALLATUM.



R
PATAVII, M. DC. LXXXVIII.
Ex Typographia Seminarii.

S U P E R I O R U M P E R M I S S U .



56

Quid sepulcrorum monumen-
ta ; quid elogia , quid ceremoniae
significant ?

Cicero.

Non defunctorum causâ , sed
vivorum , inventa est sepultura .

Seneca.

ILLUSTRISS. & EXCELLENTISS. D.
³⁶⁹

D. FRIDERICO
MARCELLO,
SENATORI AMPLISSIMO,
CAROLUS PATINUS.



Erente litteratorum consuetudine suas meditatio-
nes chartis consignatas alicui offerre, ei maxi-
mè attendunt prudentiores, ut certo quodam-
pacto congruerent, aut certè disconvenirent nul-
lo. Modico farre & saliente mica, rebus quidem
humano generi utilissimis, sed tenuissimo ac vul-
gari prorsus libamine, immortali Numini sacrificare licuit: Cœ-
cum picturis, doctis lucubrationibus imperitum, togatum Se-
nem armis donare nusquam licuit: Quavis profecto offerre,
sed non quibus, semper fas fuit.

Quo minus vereor bunc qualemunque Commentarium Ti-
bi dicare, Illusterrime & Excellentissime D. antiquissima no-
minis tui gloria refertissimum. Recentiorum Majores tui, mo-
netis, navibus, festis MARCELLINIS, fascibus, lituis,
triumphalibus ornamenti, coranis, majestateque ita decorave-
runt, ut MARE COELUM propriis nominibus illos de-
cantare videantur. Et maximè Laurentius ille MARCELLUS,
quem, ingens civium amor supra Pompejum extulit, extremè bo-
stium ad Helespontum profligatio, Achillem Venetum cognomi-
navit. Recentissimam ipse Tu præbes, ut quam prodigiorum
mater Gracia in celeribus illis Septemviris sapientiam admirata
est, cultiorem in Te suspiciat, necesse est, ejusdem Gracia vi-

A 2 etor

*Etor Venetus Genius. Inde est ut MARCELLINAM meam
Tibi offerre constituerim, ad tanta gentis decus suam confe-
rentem symbolam.*

*Qua pacto elegans illud Monumentum ad meas manus per-
venerit, jam enarrandum duco. Sublevandis sine criminе,
vita miseriis, Studiique medici asperitatibus, vetera antiqua-
que occurserent omnis generis signa investiganda mibi proposui,
quò præter sumnam animi recreationem, Reipublicæ litteraria
ac posteris quomodo cunque indicarem, natum me, nec plane in-
utilem civem cosmopolitanum fuisse, sed quamvis ludentem &
pro παρέργῳ, quidpiam eruditæ eorum delectationi contulisse.*

*Amicos aliquot eram abortatus, dum quid ejusmodi com-
pareret, me monere dignarentur: Et quibus urus cuius agri-
tudinibus mederi soleo, & ille mei studiosissimus, litteris signi-
ficavit marmorea quedam fragmenta, antiquis operis, tabellas
præcipue duas seu cippos, caput unum, atque varia statuarum
frusta, apud mercatores exterros è Peloponeso redeentes, latere
vænaliaque prostare: Confestim delineatoris operam curavi ad-
bibendam, a quo post alterum diem excepī rudia pretiosissimo-
rum signorum lineamenta. Iis perspectis, Amicum scripto roga-
vi, ne crumena parceret, banc mibi emptionem ita cordi esse,
ut ni moraretur publicum docendi munus, vix me contineri
posse, quin Venetias advolarem. Spei successit eventus, & ar-
denti meo desiderio diligentissimè & amplissimè satisfactum est.
Marmora illa tua sunt, rescriptis ille, quo ut opinor pretio
coempta, in ædes meas illico deportata, crasque occasione cha-
rissimi tui nepotis Ludovici Patavium redeuntis, ad Te mitten-
da. Salienti præ latitia cordi nox, fatebor, paulò longior fuit:
Quæ jucundè nuntiata fuerant, majori me voluptate percule-
runt, cum ad civitatis portum (portello dicunt) appulso, ex
bumeris bajulantium nonnihil sculptura quasi furtim intueri li-
cuit. Domum exportata, majori me gaudio affecerunt, ac præ-
cipue mirabile illud MARCELLINAE, ut de ceteris ta-
ceam, monumentum, adeo egregie scalpta, ut immortali Praxi-
telis, Phidias, aut Lysippi fama non indignum opus esse videretur.*

Ultrò

Ultrò mc recreabant eruditì characteres rem sacram demon-
strantes: Sacram dico, ad Festi mentem: Sacrum enim est, inquit, quodcunque modo & instituto civitatis consecratum sit, sive èdes, sive ara, sive signum, sive locus, sive pecunia, sive quid aliud quod Diis dedicatum & consecratum sit, quibus certè nihil ad rem nostram convenientius. An præteribo l. 6. §. 2. ff. de divis. rer. Sacræ res sunt quæ publicè consecratæ sunt, non privatè, hoc quippe marmor a bino populo Aeternitati consecratum est: Et l. 9. Sacra loca ea sunt quæ publicè sunt dedicata, sive in civitate sint sive in agro. Talia cogitanti ac dicenti facet objecit quem itineris comitem deduxeram, juris non ignarus, res sacras in commercium duci non posse, nec idco earum dominium acquiri, l. 6. & 34. §. Omnia, ff. de contr. emp. & l. 2. §. 1. ff. qua rei pign. Timidiorem terruisset hoc Sopisma, Commercium; inquietabam, & emptio inter legitimos acquirendi modos numerantur, ut constat ex l. 5. ff. de just. & jure: Ejusmodi deinde Paganorum sacra, a sacrosancta Religione Christiana esse abrogata nemo necit, nunc ideo profana babentur, & acquiri legitimè possunt: Utinam profecto plura! Rilatum est, nec ulterius altercatum.

Sic mea esse marmorea fragmenta, tum fortunâ tum legibus consentientibus vides, Illusterrime & Excellentissime Domine, potiori jure possidenda, si Tu ea afferueris, si Tu benigno oculo respexeris. Nobis verò litterarum & bonarum artium studio flagrantibus, sperandum est, ut qua tribus annorum milibus sibi sacravit sagax Musarum patria, statuas, colosso, ediculas, anaglypta opera, columnas, Numina, signaque innumera eadem sibi vindicet Majestas Veneta, cuius incomparabili generositati ac berculea planè fortitudini, cedentes hinc illinc barbaros Turcas insolentis sui in litteras odii pœnam tandem luentes cernimus. Votum exaudiat D. O. M. ut dum Christianam fidem Venetumq; dominium ampliat, familie MARCELLAE gloriam tueatur.

Patavii, Kal. April. VENERI sacr. M. DC. LXXXVIII.



Inscriptio Zophori.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΣΜΥΡΝΑΣ ΜΑΓΝΗΣ.

*Populus
Smyrnensis, Magnum.*

Inscriptio Basis.

ΟΥΛΠΙΑ ΜΑΡΚΕΛΛΕΙΝΑ ΟΥΛ.Θ.
ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ
ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΟΤΡΑΝΙΑΣ

*Ulpia Marcellina
Ulpia filia
Sacerdos maxima
Veneris Uranie.*

Inscriptio Aræ.

ΕΡΩΤΙ
ΟΤΡΑΝΙΩ




*Cupidini
Uranio* *sive* *Amori
Cælesti.*



COM-


M A J N

Σ Μ Κ Ρ



SMYRNAEVM MARCELLINAE ANTIQUITATIS MONUMENTVM
ex marmore albo purissimo, longum Pedibus Venetus II $\frac{1}{2}$ attum VII.
Patauij, in Aedibus Patinariis, MDCLXXXVII.

ΟΥΑΝΙΑ ΜΑΡΚΕΛΛΕΙΝΑ ΟΥΑΝΙΑ ΘΕΑ
ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΟΥΠΑΝΙΑΣ



37³ C O M M E N T A R I U S

I N

A N T I Q U M M A R C E L L I N A E M O N U M E N T U M .



Tūnus seu cippos tum lapideos tum marmoreos sepulcris Græcorum Romanorum-ve imponi solitos fuisse, demonstravit abunde noster in TRYPHÆNÆ monumentum Commentarius, ut hanc crambem' recoquere non sit opus. Sepulcris novis modum finivit Demetrius, inquit Cicero, de legibus, nam super terra tumulum noluit quid statu, nisi columellam tribus cubitis non altiore, aut mensam, aut labellum; & huic procurationi certus magistratum pafcerat. Vetaverat quidem Plato ad sepulcri usum, ullam partem sumi ex agro culto, eoque qui coli posset; sed ut natura agri mortuorum corpora sine vivorum derimento acciperet, ea potissimum ut compleantur. Quia autem terra fruges ferre, & ut mater cibo suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat, neve vivus neve mortuus.

Cautiores illi profecto Achæis ædicularis struenteribus lapidesque immensæ interdum magnitudinis suis cadaveribus imponentibus, ut nihil postmodum utilitatis ἡ μητρὶ Terra mater producere possit. Simile quid videre est in publico Hebraeorum Venetorum conditorio, ad maris littus, quod lido vocant. Atque etiam in interioris inclitæ Basileæ mœniis, constructis ornatisque maxime lapidibus ēπαρτια continentibus, postquam ante ducentos annos Judæi è civitate in exilium pulsi sunt, disjectaque eorum sepulcra.

Alienum a proposito non erit referre Urbani VIII. P. M. bullam Christianis prohibentem ulteriorem sepulcrorum supra terram constructionem, qualia in totius fere Europæ templis ac cimetæriis prospiciuntur, jubentemque cadavera in terra condi, seu ex reddi è qua prodibant.

Marmorea hæc tabula more Græco in honorem ULPIÆ MARCELLINÆ, ULPIÆ Filie, SACERDOTIS MAXIMÆ, Deæ VENERIS URANIAE a POPULO SMYRNensi & MAGNETE posita est. Binos hosce populos conjunctim ad posterorum memoriam lapides multos inscriptionibus nobiles sacrasse infra declarabimus. At cur MARCELLINAM amplissimo hoc honore prosecuti fuerint, nondum assequor, quod tamen ex ignotis mihi libris, aut eruendis lapidibus demonstrari tandem poterit.

In medio Marmore stat MARCELLINA, capite aperto, qualem Sacerdotem magnam decet; membris tam venustè compositis, ac
iis

iis, adaptatis vestibus, ut pudicitia sanctitasque vix melius designari queat. Imitata videtur famosum Numen cuius erat Sacerdos; Venerem enim per pulchris vestibus ornatam in cœlum ab Horis ductam primum fuisse cantat Homerus, *in hymnis*, cuius dextram omnes Dii complexi sunt, singulis sibi in uxorem dari, ob formæ præstantiam cupientibus.

Hæ autem vestes quamvis mirum in modum adhærentes membris, nihil eximiæ eorum gratiæ detrahunt: Quod in mentem revocat Sculptorum prisci è vi morem, qui quò minus a venusto partium lepore recederent, madidis tenuibus pannis carnes velabant, ut ipsæ nihil a suo statu dehiscerent.

Quam verò fluxam videmus tunicam, hanc cestum dixerunt veteres, non cingulum, ut aliqui opinantur, de quo Nic. Rigalius, *ad Onosandrum*. Adumbrandi quippe Amoris illecebras indumentum censebatur, VENERIS URANIAE proprium: Hoc me docuit Lucianus, Κερὸν ἔχε τῷ μάρτιῳ τὸν ΟΤΡΑΝΙΩΝ κασμέσσοι.

Hinc inde duæ adstant egregiæ puellæ, calamistratæ & pulchrè industatæ, quas ex concinno habitu, alumnas, ministras, &c ad sacerdotium Deæ destinatas conjicere est. Cingulo quæque revincta est, fluctuante inde ac largiore tunica. Illud autem proprie est iudicium servitutis, inquit Petrus Chrysologus, serm. 24. quod & disertus expeditos faciliter, & faciat obsequentes. Altera dextrum occupans latus, luget, ut opinor; aliquid folio aut hastæ largiori cuspidi simile tenens, quod fateor me nescire. Quæ vero a MARCELLINÆ sinistris est, ei videtur offerre aram seu basim inscriptam ΕΠΩΤΙ ΟΤΡΑΝΙΩΝ, hoc est AMORI URANIO seu COELESTI sacram.

Cupidinis simulacrum huic impositum est, nudi & alati. Puer singebatur, & alatus, qua de re sic Servius: *Quia surpitidinis est stulta cupiditas, puer pingitur, tum quia imperfectus est in amantibus sermo ut in puerō: Alatus verò, ideo quia nihil amantibus levius, nihil mutabilius est.* Nudum semper fecere Veteres; Et nuda VENUS, & nudi pinguntur Amores. Non prohibente nuditate, quin Deorum sit fortissimus, & omnium pugnari difficultimus, ut ait Euripides, *in Hyppol.* Πάντων δυσμάχος θεός. Alatum Athenis pinxerat Zeuxis, rosis coronatum; Rosa quippe VENERI sacra erat, de qua adi Atheneum, l. 7. c. 19. Præterea, quod nunquam alibi observare mihi contigit, tibicen inflare videtur. Equidem cantibus Amores delectari Græci passim docent, omnibus tripudia & gaudia conciliantibus. Plutarchus, *in Erot.* Bacchonis raptum nuptialque describens, tubicinis meminit, his verbis: *Servi autem circum cursuantes, olea lauroque, fores non Ismenide modo sed Bacchonis etiam redimiverunt; Et Tibicina canens per viam transiit, &c.*

Musica utraque (vocalem atque instrumentalem intelligo) delectari Amantes, ad Cupidinem referendum est, summi concentus

pa-

parentem; ut *Afines* nuncupaverint tum ab Amore tum a Musica alienos. Ludos musicos in honorem CUPIDINIS factos commemorat Pausanias, in Baeticis, his verbis: Περιοίκοι δὲ τοι ἄνδρες τὸ ἄλλον τοὺς ἑόπτιους ἔσταιντα οἱ Θεσσαλοὶ τοὺς αὐγῆνα ἄγοντες Μυστᾶ· Αὐγοὶ δὲ τοῦ ΕΡΩΤΙ θύλα, εἰ μωσῆς μόνον, ἀλλὰ τοι ἀθλητῶν τιθύντες. Achatem vidimus, in qua Cupido lyram pulsat, videratque Pausanias *AMORIS* lyram tenentis monumentum, *Pausie opus*: οὐ δὲ αὐτῷ Παυσάνιος φέρεται βέλον μὲν τοῦτον δέσποινας ΕΡΩΣ, λύραν δὲ αὐτὸν αφάμφορης. Evidet apud Euripidem, *Musicanus docet AMOR quemlibet ejus ridentem prius*, *Musikanus τῷ οὐρανῷ ΕΡΩΣ διδάσκει πρῶτον ἄμφος οὐ πεπόνι*.

Lepidum Bionis somnium ex ejus Bucolicis hinc transcribere licet,

Αμυγδάλα μοι ΚΥΠΡΙΣ ισ' ιπτάμενη καρύτα
Νηπίαχον τὸν ΕΡΩΤΑ καλέει χειρὸς ἄγονον τοῦ ΦΛ.

Hoc est,

*Magna mihi VENUS adhuc dormienti afficit,
Infantem Amorem pulchra manu ducens,
In terram nutantem, ac his me verbis afflata est.
En tibi, chare bubulce, Cupidinem, ut eum canere doceas;
Sic loquuta abierit: Ego autem mea pastoralia carmina
Stulsus, tanquam discere volentem Cupidinem docebam:
Quomodo fistulam obliquam Pan invenerit, Minerva tibiam,
Testudinem Mercurius, & citharam dulcis Apollo.
Hec ipsum edocebam nibil curantem mea carmina.
At ipse mihi canebat amatoria, meque docebat.
Mortalium & Immortalium ignes, & Genitricis opera sua.
Tum ego oblitus illorum, que Cupidinem docueram,
Quaecunque me docuit Cupido amatoria cuncta didisi.*

Pone aram Cupressus est, è cuius ramis prodit serperas quasi MARCELLINÆ ab blanditurus. De utroque satis diximus, in LU MURDII HEROIS commentario. Myrtum aliquis diceret, hæc enim VENERI sacra, ut olea Minervæ, quercus Jovi, populus alba Herculi, hædera Baccho, & Phœbo laurus.

*Populus Alcida gratissima, vitis faccio,
Formosa Myrus VENERI, sua laurea Phœbo.*

Smaragdum incidi curavit doctissimus Laurentius Begerus è THE SAURO PALATINO, in quo Amorem explicat Cœlestem, juxta arborem clypeo aræ imposito innixum, sinistro pede globum calcantem: Arborem sic exponit: Et ne sterilem arbitreris, vel effeta frutex revirescit, novaque fronde securam quietem inum-

B brat

brat . En rationem , cur in VENERIS Cnidis luco , arbores fuerint , non varii tantum generis , sed & effetae jam ætatis præ vigore tamen quasi juvenescentes , & novis subinde ramis integræ & fermosæ ; attestante Luciano , in Amoribus .

In ulteriori parte , pariter & in aliis monumentis observavimus tabellam duabus arculis onustam . An acerræ sint , thuri reponendo dictæ , quod in honorem mortui incendebatur . In glossario veteri , *Acerra thuraria* Αἰθαρόπις . Octava XII. tabularum lex Romanis prohibuit , uti ne sumptuosi respersio fieret : neve murrata poro niger suo inderetur ; neve longa corona : neve ACERRÆ adhiberentur .

Memorat Plutarchus , in Catone , exquisitos vapores : & Tacitus l. 3. Ann. Odores aliaque funerum solemnia cremari ; & Val. Max. Caput Pompeji plurimis , & pretiosissimis odoribus cremandum curavit Caesar : Et passim . Quem quidem morem ab Hebreis fluxisse verisimile est . Ex l. 2. Paralip. c. 16. Et sepelierunt eum in sepulchro suo , posueruntque eum super letanum suum plenam aromacibus , & unguentis &c. & combusserunt super eum , ambitione nimia . An pixides , an risci ? Riscus quidem in mundo muliebri recensetur ab Ulpiano , in l. 25. §. 4. D. de aur. arg. Pollux σίσσον inter arculas reponit : Eam forte denotat capsulam , in qua linteola munda mulieres reponunt , quibus lotam corporis partem abstergunt : Riscus enim cum lavatione conjungitur . Quidni istæ arculeæ , res ad Sacerdotium attinentes non continentur ?

Cæterum in multis convenit monumentum hoc nostrum cum descripto inter Oxoniensis LXVIII. pag. 126. in quo Fœmina eodem fere situ & habitu , in pari ædicula peristilio ornata conspicitur . Conspicitur etiam ara , sed Numine vacua , forte ob edaces temporis injurias : Adstant & duæ puellæ ad ministerium paratæ : Ab blandiente heræ suæ Meliteasi catulo .

Convenit & cum alio pariter inter Oxoniensis relato X. pag. 81. in cuius medio zophoro , orbis est in quo laurea , & idem Ο ΔΗΜΟΣ , Populus . Imæ zophori pars , exhibet ΑΙΓΑΙΟΛΛΩΝΙΑΝ ΚΗΦΙΣΟΦΟΝΤΟΣ , Apolloniam Cephisophonis , istam scilicet fœminam egregiè vestitam , quæ in medio stat monumento : Nescio quid gerentibus duabus hinc inde ministrantibus puellis .

Ad Antoninorum tempora , Sacerdotis maxime APΧΙΕΡΕΙΑΣ Faustæ inscriptionem refert ejus Interpres , quam ex marmoribus Oxoniensis infra describemus , ad vocabulum APΧΙΕΡΕΙΑ . Nihil prescriptum de ULPIÆ MARCELLÆ monumento , cuius filiam suam fœminam ULPIAM MARCELLINAM verisimile est . Nil ita-

itaque vetat, ad secundum à Christo s̄eculum, hanc nostrum inscriptionem referre, ut infra amplius declarabitur.

Scriptis quæ ad investigationem typi suppetebant, jam ad explicanda singula inscriptionis vocabula procedamus.


ΟΔΗΜΟΣ. *Populus.* Multa supersunt unius aut plurium populorum monumenta, tum integra, tum mutila, homines aut facinora Æternitati consecrantia, inter quæ ob egregium typum artificiosissime sculptum, & eruditam inscriptionem, nostrum hoc MARCELLINÆ ἄγαλμα singularem meretur venerationem. Superbum est illud Smyrnæorum decretum fœderi prævium, quod inter MARMORA OXONIENSIA primum legitur: ΕΔΟΞΕΝ ΤΩ ΔΗΜΩ, γρ. ἡ. λ. *Placuit populo &c.* Sequens deinde quod Smyrnæorum Magnetumque fœdus explicat, & amborum populorum amicitiam, belli societatem, & benevolentiam erga Regis Seluci maiestatem quibusdam conditionibus afferit. Hic describere variorum populorum fœdera, in nummis aut marmoribus signata, ferè foret inutile, cum ab erud. Sponio, jam magnam partem præstitum fuerit, tom. 3. pag. 175. Ad nostram rem sufficiet demonstrasse Smyrnæos, Magnetesque vicinos populos aliquando convenisse, & suam unanimitatem posteris consignasse, alicujus utilitatis aut affectus gratiâ.

ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. *Smyrneorum.* Smyrnam ulterius describere operæ pretium non est, ex sequentibus θηθέντως satis cognoscetur: Θέατρον Ελλάδος, Iavias στόφανθο, γῆς ἄγαλμα, καρυτὴ τῷ Ιωνῶν πόλεσσι: Hoc est, *Theatrum Gracia, Asia ornamenti decus & metropolis, terra simulacrum, & palcherrima Ionicarum urbium.*

ΜΑΓΝΗΤΩΝ. *Magnetum.* Magnesia urbs duplex fuit in Mœonia, ad Maeandrum sita: Altera Æolidis in Caria, altera ad Syphilum montem. Illam, in paenam Themistocli datam fuisse à Xerxe memorat Strabo, l. 10. c. 4. dum alii Orientis urbes, vintum, obsoenia, vestes & stragulis eidem sigillatum subministrabant.

ΟΥΛΠΙΑ, *Ulpia.* Prænomen aliquando fuit, quod postea in nomen familiæ evasisse opinor. Imp. Trajanus è familia Ulpia ortus erat. Marcus Ulpius Damasippus in proxima inscriptione, prænomen, nomen, & cognomen dabit. ULPIA sæpe legitur in lapidibus Græcis, Romanaisque, atque etiam numismatibus.

ΜΑΡΚΕΛΛΕΙΝΑ. *Marcellina*. Non tanta fuit apud Græcos quam apud Romanos appellationum distinctio , quin & apud hos non eadem nec perpetua animadvertisit : Antiquioribus enim temporibus, hominem unum designabat vocabulum; sic Romulus, sic Remus dicebantur. Gentes deinde suum habuerunt nomen in ius terminatum, docente Siganio : exempla sunt Aburius, Cornelius, Julius, Manlius . Familia , ut rami è truncu orti , gentis sive a nomini cognomen addiderunt , quod tum prænomine tum agnominem , progressu temporis , nobilitatum est. Quid obstat ULPIAM apud Græcos prænomen aliquando fuisse , quæ familia nomen ut apud Romanos existit ? Cur MARCELLINA apud Græcos non fuerit nomen familie, quamvis apud Romanos , è Claudia gente , cognomina Pulchrorum & Marcellorum fluxisse conveniamus . Quidquid sit , tam latè patuit MARCELLORUM atque MARCELLINORUM denominatio , ut nullam aliam crediderim tum in Græcia tum Romæ , quæ tot ac tantos homines ad nostra usque tempora transmiserit : Nec malam me spero gratiam initurum à φιλερχαῖς , si nonnulla antiqua MARCELLORUM & MARCELLINORUM monumenta in hunc locum congeffero . Thyatiræ , ex Itiner. Sponii , t.3. p.108. & Vvheleri p.233.



*Cum bona Fortuna,
Senatus & Populus
honoravit
ULPIAM MARCELLAM
Sacerdotem Diana,
Marcu Ulpi
Damaparadoxi
& Canidie Basse
filiam , postquam
peregrisset Dea
mysteria & sacrificia
splendide &
sumptuose , &c.*

Quid obstarat opinioni , MARCELLINAM cujus monumentum collustramus , illius ULPIÆ MARCELLÆ filiam fuisse ? Id suadet nominis fluxio ; Ut a Marco Marcelli , sic a Marcella Marcellinam dici certum est . Utriusque dignitas sacerdotalis conjecturam firmat . MARCELLINA porro summum Sacerdotij apicem consequuta est , ut ex voce sequenti APXIEPEIA patet , qui MARCELLÆ , forte ob vitæ brevitatem , defuit . Tempora deinde convenient , cum utramque Antoninorum saeculo vixisse constet ex sequenti inscriptione . Nec prohibet locorum diver-

diversitas, ut pote cum vicini populi sacerdotem eisdem habuerint Pontifices. Utrumque manifeste declarat haec Thyatirensis inscriptio a doctiss. Sponio visa, vulgataque. Itiner. tom. 3. pag. 114.

Η ΠΑΤΡΙΣ

Μ. ΑΤΡ. ΔΙΑΔΟΧΟΝ ΣΠΙΚΟΝ
ΤΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ
ΝΑΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΠΕΡΓΑΜΩΙ ΚΑΙ
ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ
ΚΑΙΡΟΝ ΤΗΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ
ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΒΟΓΛΑΡΧΟΝ ΤΙΜΗ
ΘΕΝΤΑ ΤΠΟ ΤΟΥ ΘΕΙΟΤΑ
ΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ Μ. ΑΤΡ.
ΣΕΟΥΗΡΟΥ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΣΥΝΑΨΑΙ ΤΑΣ
ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΣΥΝΑΣ ΤΟΙΣ ΟΞΕ-
ΣΙΝ ΕΝ ΕΚΑΤΕΡΑΙΣ ΤΑΙΣ ΠΟ-
ΛΕΣΙΝ ΦΙΛΟΤΙΜΗΣΑΜΕΝΟΝ
ΕΝΔΟΞΩΣ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΟΦΡΟ-
ΝΩΣ ΑΝΔΡΑ ΕΠΙ ΗΘΕΣΙ ΚΑΙ
ΕΠΙΕΙΚΕΙΑΙ ΚΑΙ ΤΗΙ ΠΡΟΣ ΤΗΝ
ΠΑΤΡΙΔΑ ΕΤΝΟΙΑΙ ΔΙΑΠΡΕ-
ΠΟΝΤΑ.

Patria

M. Aur. Diadochum Hippichum
Pontificem Asiae minoris,
in templis, quae sunt Pergami, &
Pontificem eodem
tempore, patrie Thyatiræ,
dum viveret, Consiliarium
decoratum a divino
Imperatore M. Aurelio
Severo Antonino Caracalla
Augusto, simul
collatis Pontificibus
in terraque civitate,
viris se gerentibus
gloriosè & magnifice
ob egregios mores,
suavitatem, & erga
patriam bonam mensem
& pietatem.

Facilius inde fuisse opinor ULPIAM MARCELLAM Diana, Sacerdotem fuisse Thyatiræ, & ULPIAM MARCELLINAM Sacerdotem Veneris Uranie, Smyrnæ, quam M. Aur. Diadochum Hippichum solum duabus in civitatibus duplici inseruisse Numini; Aesculapius enim Pergami, Diana Thyatiræ colebatur. Inscriptionum deinde uniformitas eadem tempora, eisdem ferè mores indicare videtur.

Alterius MARCELLINÆ monumentum extat Romæ, a Grutero descriptum, p. 948. 2.

ΝΕΙΚΗ Η ΚΑΙ
ΜΑΡΚΕΛΛΕΙΝΑ
ΑΠΑΜΙΣΣΑ
ΕΤΦΕΝΗΣ
ΕΤΩΝ ΛΕ. ȝ. δ. λ.

Nice &
MARCELLINA
Apamenis
nobilis
annorum 35. &c.

Notandum subit nobilem hanc MARCELLINAM Apamensem, cæterarum fortè fuisse consanguineam: Apamaea quippe Smyrnæ, Magnesia & Thyatiræ vicina, probabiliorem efficit conjecturam.

Egregium

Egregium triclinium vulgavit Th. Reinesius, p. 668. *Inscr. ant.*
quod olim Ateste in horto Georgii Contarini Senatoris Veneti
servabatur; in eo duo accumbunt, quorum alter alteri corollam
porrigit, cum hac θύγαρη.

ΤΠΟΜΗΜΑ ΜΑΡΚΕΛΛΟΤ
Ο ΚΑΤΕΣΚΕΤΑΣΕΝ ΑΤΤΩ
ΜΗΤΗΡ ΜΑΡΚΕΛΛΑ ΔΗΜΗΤΡΙΟΤ
ΖΗΣΑΝΤΙ ΕΤΗ ΚΘ. ΧΑΙΡΕ.

Monumentum Marcellae,
quod edificavit ipsi
mater Marcella Demetrij f.
vixit an. 29. Vale.

Constantinopoli observavit doct. Sponius quæ in *Itinere* vulgavit
fragmenta duo lapidis in Galliam postea delati.

so. 3.
p. 43.
ad
so. 2.

ΑΤΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΟΛΥΜΠΙΟΝ
ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ

Imperatores
Trajanum Hadrianum
Olympium
Caesareo Augustum.

Supplexamus hinc ETIMΗΣΑΝ, honoraverunt

ΑΒΥΔΙΝΟΙ
ΤΩΝ ΑΤΤΩΝ ΣΩΤΗΡΑ
ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗΝ
ΔΙΑ ΠΡΕΣΒΕΤΤΟΥ
ΜΑΡΚΕΛΛΟΤ ΜΑΙΟΡΟΣ

Abydeni
suum servatorem
& conditorem
sub Legato
Marcello Majore

Inter Schedas meas nondum vulgatas, egregia est inscriptio,
quam olim excerpteram ex ædibus Grimanorum, NN. Venetorum
ad S. Mariam Formosam, superiori seculo eò translatam ab agro
Aquiliensi: Eò rariorem quò a diligentissimo Grutero incogniti
tamque, quamvis apud ipsum multæ DEO BELENO sacratae con-
spiciantur. Eam porrò a celeber. Reinesio descriptam nuper
animadvertisimus, optimè meo judicio, MARCELLINI in tertia
linea substituente.

Class.
1. In-
scrip.
l. li.

BELEN. AUG. IN MEMOR JULIOR. MARCEL. ET MARCELLÆ ET. IN HONOREM JULIARUM. CHARITES ET MARCELLÆ FILIAR. ET LICIN. MACRON JUNIOR. NEPOTIS C. JUL. AGATHOPUS Iun. VIR AQUIL. L. P. D. D.

Inter

389

Inter MONUMENTA PATAVINA hanc inscriptionem refert
Eques Ursatus, ex sedibus Bassanorum:

M. AURELIO MARCELLINO
CONJUGI DULCISSIMO
SAUFEIA CRISPINA CONJUX.

Tria alia MARCELLINARUM monumenta adjungam, pri-
mum ex MARMORIBUS OXONIENSIBUS.

p. 103
xlv.

D. M.
P. OPSIO SEVERO
FECIT
ARRIA MARCELLINA
CONJUGI OPTIMO

E.
meis
scha-
dis.

D. M. VI.
ATILI APRONI
MATUGENIÆ
MARCELLINÆ
SATILI PATERN.

Hoc suppeditat Gruterus, p. 1143. i. VETTIÆ MARCELLINÆ
CONJUGI SANCTISSIMÆ.

Duas MARCELLINAS exhibet idem Gruterus, in Tarraco-
nenibus monumentis, Flaminica dignitate ornatas.

p. 324.
ii.

POSTUMIÆ NEPOCIANÆ
SIVE MARCELLINÆ
EX CÆS. AUG. KAREN
FLAMINICÆ
UXORIT. PORCI VERRINI FLAM.
P. H. C.

AURELIÆ
MARCELLINÆ
EXCLUNIENS.
FLAMINICÆ
&c.

Flaminicam autem dignitatem alii opinantur fuisse Sacerdotalem,
alii ex marito, qui Flamen fuerit desumptam: *Flaminum enim uxores,*
Flaminica vocabantur, ut tradit Festus, *quibus divertium facere non*
licebat. Primam opinionem firmat vetus hoc Gruteri Epigramma.

p. 323.
ii.

VALERIÆ C. F. ATINÆ
TUCCITANÆ SACERDOTI
COLONIÆ PATRICIÆ CORDUBENSIS
FLAMINICÆ
COLONIÆ AUG. GEMELLÆ TUCCITANÆ
FLAMINICÆ SIVE SACERDOTI
MUNICIPI CASTULONENSIS.

Flaminem etiam MARCELLINUM commemorat vetus inscriptio
a doct. Sponio Athenis observata, super porta arcis: Tom. 3. pag. 16.

¶

ΦΛΑΜΗΣ ΣΕΠΤΙΜΙΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΣ
ΦΛΑΜΗΝ ΚΑΙ ΑΠΟ ΆΓΩΝΟΘΕΤΩΝ
ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΤΟΥΣ ΠΤΛΩΝΑΣ ΤΗ ΠΟΔΕΙ

*Flavius Septimius Marcellus.
FLAMEN Iudorum.
Præses proprijs sumptibus
portas civitatis restituens.*

Solis gentium Numinibus devotas præfectasque fuisse MARCELLAS, nullus credat. *Tanta fuit Marcella*, inquit S. Hieronymus ejus Præceptor, ut ejus virtutem celebrare potis erant ejus discipule, *Paula & Eustochium*: Vidua ipsa spretis ulterioribus cum Magnatibus nuptiis, cum electis virginibus, quibus omnia sua bona contulit, vixit; Originistis hæreticis Romanis ita se opposuit, ut hæresim damnari sancte diligenterque euravit. Post Romanam & Gothis captam, obiit A. C. CDIX. Marcellina Virgini, D. Ambrosii sororis tandem velum imposuit Papa Liberius, oratione egregia hoc de arguento habita, quam D. Ambrosius, tertio de virginibus libro, inferere non est designatus.

Non præteribo quandam fuisse MARCELLINAM, quæ referentibus SS. Irinæ & Augustino, *Pythagore sapientie amore capta, ejus imaginem adorabat*.

Ludos in honorem familie MARCELLORUM antiquissimum Sicilia patronorum Cicero commemorat l. 2. in Verrem, ΜΑΡΚΕΛΛΕΙA dictos, quos Syracusani cùm recentibus beneficiis M. Marcelli debitos reddebat tum generi, nomini, familie Marcellorum, maxima voluntate tribuebant. Sustulit illos Verres & Verreos à se nominatos instituit, de quibus idem Cicero consulatur.

Θυγατρ. *Filia*. Nil aliud hinc indicat littera & præter proximam sanguinis conjunctionem, ut ajunt Jurisconsulti. In antiquis epigrammatibus sèpè leguntur, ΠΑΤΗΡ, ΜΗΤΗΡ, ΤΙΟΣ, ΘΤΑΤΗΡ, ΑΔΕΛΦΟΣ, ΑΔΕΛΦΗ, ΤΥΝΗ, &c. Aliquot exempla ex pluribus hinc apponemus filiam commemorantia.

Ex
Gru-
fer p.
608 7

ΑΤΡ, ΗΙΟΔΩΡΟΣ ΑΠΕΛΕΤΘΕΡΟΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΤ ΚΑΙ ΕΠΠΟΔΙΑ ΑΤΡΗΛΙΑ
ΘΕΟΔΟΡΗ ΘΥΤΑΤΡΙ ΓΛΥΚΥΤΤΑΘΗ
ΚΑΙ ΑΣΤΥΝΚΡΙΩ ΚΑΙ ΑΜΝΕΣΤΗ
ΕΠΟΙΗΣΑΝ: ΉΤΙΣ ΕΤΗΣΕΝ ΕΤΗ Δ.
ΜΗΝΕΣ Γ. ΗΜΕΡΑΣ Β. ΩΡΑΣ ΕΞ.

*Aur. Heliodorus liberetus
Augusti & Epipodia Aurelia,
Theodora FILIAE dulcissima,
& incomparabili & innocētissime
fecerunt. Que vixit annos iv.
menses iii. dies ii. horas sex.*

Roma
ex
p. 694
10.

Θ. Κ.
ΑΟΤΠΟΤΛΗ ΘΥΤΑΤΡΙ
ΖΗΣΑΣΗ
ΕΤΗ Δ. ΜΗΝ. Ζ.
ΑΟΤΠΟΤΛΟΣ ΠΑΤΗΡ
ΕΠΟΙΗΣΕ

*Dis manibus
Lupule filia
Que vixit
Annos iv. menses vii.
Lupulus pater
fecit.*

ETTO-

Ανα-
σι: εκ
Γραφ.
2127.7

ΕΤΤΟΧΙΟΣ ΚΑΙ ΑΘΗΝΑΙΣ
ΤΗ ΘΥΤΑΤΡΙ
ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ

Eutochius & Athenais :
FILIAE
Memoria gratia .

In zophoro cippi, cui insculptæ sunt due figure patris & filiæ; inter schedas meas.

ΕΠΙΚΤΗΣΙΣ ΟΝΑΣΙΟΥ ΕΤΘΗΡΙΟΥ
ΘΥΤΑΤΗΡΙ

Reconditorium Onasi Cytheris
FILIA.

ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ. *Summa Sacerdos Sacerdotii à fæminis exerciti originem tradit Dionysius Halic. ane. Rom. l.2. his verbis: Quoniam autem nonnulla etiam sacra per mulieres fieri oportebat, & alia per pueros patrinos matrimonioque, ut hec quoque optimè peragerentur, iussit (Romulus) uxores sacerdotum cum suis maritis sacerdotio fungi, & si qua sacra nefas esset, patro more à viris fieri, hec ab illis peragi. Ita Virgines Vestales Vesta ministrabant, sacrumque ignem custodiebant.*

Fortunæ quoque muliebri, cujus templum Matronæ Romanæ, ob Marci Coriolani rabiem, à matre, mulierum suasu, emollitam; extrui à senatu petierant, saeræ Fæminæ administrabant: *Et quidem, ut narrat idem Dion. l.8. Mulieres ex sue Sacerdotis fæminia morem constituerunt, ut neque corona huic simulacro imponerentur, neque manus ad id à mulieribus, que secundas nuptias expertæ fuissent, admoveantur: Sed recens nuptis honor iste deferretur, & hujus cultus cura omnis iis committeretur.* Hinc Sacerdotes Bonæ Deæ seu Faunæ, seu Fatuæ, ad quam non nisi mulieribus ingredi fas erat; de cuius sacrificiis Plutarchum consulere licet, quest. Rom. 20. Hinc, Festo monente, Flaminia dicebatur Sacerdotula, que Flaminia Diali preministrabat. Est & apud Senecam de Sacerdote prostituta, controversia perelegans, l.1. contr. 5. Ita Eques Sert. Orfatus, in monum. Patavin.

Solis tamen Deabus administrasse Sacerdotes fæminas ex antiquis monumentis constat, ut Pythiam Delphicam non Apollinis Sacerdotem, sed vatem fuisse nullum dubium sit, quæ sacra nullo modo perageret; id tantum, oracula ex tripode acciperet. Verum posterioribus temporibus, mos illæ antiquatus est, & fæminas Numinibus maribus, & Cæsaribus sacra patet fecisse nonnullas, ut ex infra scriptis epigrammatibus constabit.

Eodem modo quo tres Vestalium ordines Romæ, ita tres Smyrnæ, Ephesi, & alibi, Antistitum Fæminarum: Μελλιεραι Iepai, & Παπιεραι. Μελλιεραι erant candidatæ, quæ tantum ritus & mysteria, quibus Dea colebatur, discebant. In quibus perdiscendis dum definitum tempus peregriscent, ad Sacerdotium admissæ, Iepai factæ erant, omniaque ministeria templi per certum tempus peragebant: Eo autem:

tem peracto, ut pote Sacerdotio defunctæ, ab omnibus illius ministeriis & officiis liberatae, in Παριστῶν classem promovebantur, iisque deinde solum incumbebat prospicere, ut omnia Deæ sacra à Sacerdotibus ritè peragerentur, eademque à Candidatis discerentur. Unde de plures in eodem templo ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΣ fuisse nihil prohibet, cùm vox ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ, non tantum Sacerdotem sumam, & omnium primam, sed unam inter summas & primarias etiam significet; Eodem modo quo Αρχιερεὺς non unus erat, sed plures Αρχιερεῖς, ut videre est apud Matthæum, 2. v. 4. Ex illa secunda classe, hoc est tamen fuisse constat ULPIAM MARCELLINAM in superiori monumenta celebratam, p. 385.

Sacerdotes feminas multas olim fuisse testantur inscriptiones frequentes, tam græce tam latine, quarum selectas aliquot oculis subiiciemus, ac primum Atheniensem illam celeberrimam.

<p>ExGr. p. 195. 9.</p> <p>Ο ΔΗΜΟΣ ΘΕΑΙ ΡΩΜΗ ΚΑΙ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΠΟΛΙΤΑΣ ΠΑΜΜΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΣΗΝΩΝΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΥ ΙΕΡΕΩΣ ΘΕΑΣ ΡΩΜΗΣ ΚΑΙ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΕΝ ΑΚΡΟΠΟΛΕΙ ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ ΑΘΗΝΑΣ ΠΟΛΙΔΟΣ ΜΕΓΙΣΤΗΣ ΑΣΚΕΠΠΙΑΔΟΥ ΑΛΑΙΕΩΣ ΘΥΤΑΣΤΡΟΣ ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΡΗΟΥ ΤΟΥ ΜΩΡΙΩΝΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ.</p>	<p><i>Populus, Dea Roma & Augusto Cæsari, Prefecto Super administratores . . . Zenone Marathonii filio Sacerdote Dea Roma & Aug servatoris in arce. Sub SAC. Minervæ Poliadis magne Ascipiadis Alaici filie sub Archante. Arejo Marione Paaniense.</i></p>
--	--

Eadem Minervæ Sacerdos i τῆς Αἴθιως, i ἐπεια legitur apud Pausaniam. Egregia est illa lex inter Atticas scripta, quæ SACERDOTI Minervæ Acropolitanæ, in aree cultæ, in singulos mortuos, duos hordei sextarios, totidem frumenti, itemque obolum pendit: Τῷ τε Ιερεῖᾳ τῇ τῆς Αἴθιως τῇ δὲ Ακροπόλει, κατὰ τὸ Υπαρίστον πέρη χάριν περτῆι καὶ πυρὸν ἐπέρα τῷ ὄβλον. Quod ipsum legitur apud Aristotelem, l. 2. σικεμπλῶν. Eamdem Minervæ Sacerdotem celebrat Lucanus.

Lib. 1. Vestalemque chorum ducit vittata SACERDOS,
Phars. Trojanam felī cui fas vidisse Minervam.

Et ipse antiquissimus historiarum parens Homerus:

Iliad. Eis foret aperuit Theano, pulchras genas habens,

lib. 6. Cissei filia, uxor Antenoris equorum dormitoris:

Illam enim Trojani fecerant Minerva SACERDOTEUM.

Quod loci curiosa referri debet ill. ejus commentatoris Spondapi animad-

adversio: *Apud Homerum nullius tempore Sacerdotii officio fuit; quod est ab his Theate Antenoris uxor: At postea hoc virgines tantum exercerunt, quales fuerunt Vestae, apud Romanos.*

Interdum etiam Sacerdotes illæ nuncupabantur ΙΕΡΗΤΕΤΟΥΣΑΙ, ut videre est in inscriptione Lebadieni à Jac. Sponio relata.

*Itiner.
tom. 3.
pag. 11*

ΗΡΑ ΒΑΣΙΛΙΔΙ
 ΚΑΙ ΤΗ ΠΟΛΕΙ ΛΕΒΑΔΕΩΝ
 ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΧΡΗΣΙΜΟΤ
 ΙΕΡΗΤΕΤΣΑΣ ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΔΑ
 ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ
 ΙΕΡΗΤΕΤΟΥΣΗΣ ΤΗΣ ΓΤΝΑΙΗΟΣ ΑΤΤΟΥ
 ΠΑΡΗΣΙΑΣ ΤΗΣ ΟΝΑΣΙΜΒΡΩΤΟΥ

*Junoni Regine
 Et Urbi Lebadiorum
 Menander Chrestini filius
 Sacerdos per quinque annas
 a re proprio posuit.
 Sacerdotie fungente uxore ejus
 Pareisia Onasimbroci filia.*

Sacerdotes foemine plurimorum Numinum exstant in antiquis lapidibus, exstant etiam in nummis: Argentei Antoniae Drusi uxoris nummi aversam partem ornat eadem, non unaquam faces duæ, cum inscriptione SACERDOS DIVI AUGUSTI. Et quas Graci ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΣ vel ἱερωπός, Latini Sacerdotem, Antistitem & Flaminicam dixerunt, addito sacerdoti Numinis, cui inserviebant, nomine.

Exempla lapidum non desunt, quorum varietate & πολυμαθειᾳ transcriptionis veniam impetraturum me spero.

*ExGr.
p. 318.
Roma.*

**SALONIA CARPIMA
 SALONIAE EUTERPE
 SACERDOTI M. D. &c.**

*Roma
p. 390.*

**LABERIA FELICIA
 SACERDOS MAXIMA
 MATRIS DEUM M. I.**

*Roma
Grat.
p. 318.*

**CLAUDIA ACROPOLIS
 AUGUTI LIB.
 SACERDOS MATRIS DEUM
 FECIT SIBI ET PERENN.
 CONJUGI SUO CLADIANO
 LIBERTIS LIBERTABUS
 POSTERISQUE EORUM
 H. M. H. N. SEQ.**

**COELLÆ CLAUDIANÆ
 Virgini Vestali MAXIMÆ
 A DIIS ELECTA MERITO
 SIBI TALEM ANTISTITEM
 NUMEN VESTÆ RESERVARE
 VOLUIT &c.**

*ExGr.
p. 310*

*Roma
Grat.
p. 313.*

**D. M.
 AELIA NICE
 SACERDOS BONA DEÆ, &c.**

**M. D. S.
 PETILIAE Q. F. SECUNDINÆ
 SACERDOS MINERUÆ, &c
 OB INFATIGABILEM
 PIETATEM, &c.**

*Juva-
nati
p. 324.*

C 2 35.

p.319.	<p>JULIA ALPINULA HIC JACEO INFELICIS PATRIS INFELIX PROLES DEÆ AVENT. SACERDOS EXORARE PATRIS NECEM NON POTUI MALE MORI IN FATIS ILLI ERAT VIXIT ANNOS XXIII.</p>	<p>CURTILLÆ C. F. PRISCILLÆ SACERDOTI DIVÆ AUGUSTÆ ORDO VIVIRAL.</p>	p.320.
<i>Grat.</i> 320. <i>Brix.</i>	<p>P. POSTUMIÆ P. F. PAULLÆ AVIDLÆ PROCULÆ RUTILIÆ PROBÆ SACERD. D. JULI AUGUST. D. D.</p>	<p>CORNELIA P. F. ASPRILLIA SAC. DIVÆ AUG. ANN. XXXV. H.S.E.</p>	p.321.
<i>Salo-</i> <i>dii in</i> <i>Brixio-</i> <i>anno</i> <i>agro-</i> p.321.	<p>REAE FIRMIAE SACERDOTI CÆSARIS &c.</p>	<p>DENTRIA L. F. POLLAE SACERDOTI DIVAE AUGUSTAE POST MORTEM D. D.</p>	p.321 <i>Aqui-</i> <i>ni.</i>
<i>Brix.</i> p.321	<p>AEMILIAE C. F. AEQUAE SACERD. DIVAE PLOTINÆ &c.</p>	<p>PORCIÆ M.F.MATERNÆ O. SACER. DESIG. &c.</p>	<i>Barci-</i> <i>none</i> p.321.
p.322.	<p>CANTIAE L.F. SATURNINÆ PATRON. COLON. FLAMINICÆ SACERD. DIV. PLOTINÆ, &c.</p>	<p>D. M. CETRANIAE P. F. SEVERINÆ SACERDOTI DIVÆ MARCIAN. &c.</p>	<i>Saffi-</i> <i>ne in</i> <i>Flami-</i> <i>nia p.</i> p.322.
<i>in Hi-</i> <i>span.</i> p.325. 10.	<p>CORNELIAE CLEMENTIS F. TUSCAE SACERBOTIS PERPETUÆ ORDO IPORCENSIOB MUNIFICENTIAM STATVAM EI GENIIS PUBLICIS POSUIT ITEM SEVIRIS CENAS REMISERVNT.</p>	<p>BONO EVENTUI. APONIA C.F. MONTANA SACERDOS DIVARUM AUGUSTARUM COL. AUG. FIR. EDITIS OB HONOREM SACERD. CIRCENSIBUS ET OB DEDICATIONEM ALIE. EX ARG. LIBRIS C.L. D.S.P.D.D.</p>	Ex <i>Grat.</i> p.101.

Legitur

395

Legitur etiam SACERDOS PERPETUA in inscriptione ad
Grutero relata, p. 174. Cartamæ in Hispania. Ejus prolixitas facit
ut omittatur: In ea Junia Rustica Sacerdos perpetua signum Cupidinis
posuisse legitur epulo dato &c.

Quod proprius est argumento nostro, Veneris Sacerdotes fuisse
fœminas in tota fere Græcia, ex historicis, poetisque colligere est.
Musæus qui Leandri & Herùs amores tam festivè scripsit, hanc
Deæ sacra facientem commemorat.

Ηρὸς μῆτρας χαλίσσει πέπεις δύμα λαχθάνει

ΚΤΠΡΙΔΟΣ ἦν ΙΕΡΕΙΑ. Ex versione Andreæ Papii, Forte decens
Hero, clara de stirpe SACERDOS servibat VENERI. Ea scilicet
quæ solemniter Sesti peragebantur Adonique & Cythereæ; Et paulo
post. Ατρεκέως ΙΕΡΕΙΑΝ ἐπάξιον & περιστού ΚΤΠΡΙΣ, Certe quidem VENERI
digna est oblata SACERDOS. Ipsa Hero se talem nuncupat, quid
Leandri amoribus obfisteret.

ΚΤΠΡΙΔΟΣ ἔστι οὐκέτι θίνη ΙΕΡΕΙΑΝ αφάστην

Haud VENERIS tibi casta Deæ tenienda SACERDOS.

Templi VENERIS, quod erat Corinthi, mentionem facit Strabo,
lib. 8. Ita locuples fuit ut plures quam mille Sacrorum famulas haberet,
quas Deæ viri mulieresque dedicaverunt. Tōtē τῆς ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ἵδιον ἔτος
πλείστου ὑπῆρχεν, ὅτε τελέσις ἡ χιλίας ἵστατος ἐκέκτατο ἔτερος, ἀς ἀδειδεῖται
τῇ Σεῷ καὶ ἄνδρες καὶ γυναικεῖς.

Sacerdotium VENERIS a Græcis ad Latinos translatum fuisse
constat, tam ex horum ambitione religiones populorum eorumque
Numina admittentium, tum ex reliquis aliquot lapidibus.

Ex Græc.
pag. 318.
Alifani.

SONTIAE
SACERDOTI VENERIS
EX TESTAMENTO

FAUSTAE VERRISSIMÆ
SACERDOT. VENERIS
FEL. &c.

Ex
Resin.
p. 47.

Aliam Faustum exhibent MARMORA OXONIENSIA, summam
Sacerdotem ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΝ celebrantia: Et quoniam illud monumen-
tum juxta Smyrnæorum decretum fuit rectum, illustremque faciem
nostro præbeat, ideo hic transcribendum curavimus.

ΑΓΑΘΗ ΤΤΧΗ
ΚΑΘΑ ΕΥΗΦΗΣΑΤΟ Η ΚΡΑΤΙΣΤΗ ΒΟΥΛΗ
ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ
ΚΑΛΛΕΙ ΚΑΙ ΜΕΓΕΘΕΙ ΚΑΙ
ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ ΚΑΙ ΜΗΤΡΟ
ΠΟΛΕΩΣ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΙ
ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΤΩΝ

Bona Fortune ut decrevit
prestantissimum concilium
prima per Asiam:
pulchritudine, & magnitudine,
& splendidissima; & moro-
polis Asia &
ter edicta

ΣΕ-

ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΚΑΤΑ ΤΑ ΔΟ.
ΓΜΑΤΑ ΤΗΣ ΙΕΡΩΤΑΤΗΣ
ΣΤΝΚΑΝΤΟΤ ΚΑΙ ΚΟΣΜΟΤ
ΤΗΣ ΙΩΝΙΑΣ ΣΜΤΡΝΑΙ
ΩΝ ΠΟΛΕΩΣ
ΑΤΡ. ΦΑΤΣΤΑΝ ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΝ
ΠΟΜΠΩΝΙΑ ΚΛΑΥΔΙΑ
ΦΑΤΣΤΑ ΛΟΤΙΕΡΚΙΑΝΗ
Η ΚΡΑΤΙΣΤΗ ΤΗΝ ΧΡΗ
ΣΤΗΝ. ΤΗΘΗΝ
ΕΥΤΤΧΕΙΤΕ

Augūstidium secundum doc.
et eto sanctissimis;
Senatus, & ornamētū
Jonia Smyrnae
rum civitatis
Aurelia Fausta summa SACERDOTIS
Pomponia Claudia
Fausta Luperciana
præstantissima optima
amicus sua
Valete.

Haec inscriptionem belli Statuæ inscriptam fuisse opinatur nob.
Seldenus, publicis impensis erexit, quod quidem exemplo monu-
menti nostri confirmatur.

Nominatur etiam Nymphidia SACERDOS SUMMA, ΝΥΜΦΙΔΙΑ
ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ in marmore Oxonieni, pag. 93. donaria ad gymnasii
Smyrnensis ornatum recensente. Alias inscriptiones, ne tñdiosus
sim, prætermitto. Id solum memorabo, ut Α'ριτη apud Græcos
Sacerdotem, cultorem, & precatorem significat, sic Α'ριτη *SACERDOS*
femina seu i'pse apud eosdem legitur.

A proposito nostro alienum non erit, aliquas producere ac brevi-
ter interpretari dignitates ab Antiquis usurpari solitas, marmoribus,
anumismatibus & libris consignatas, aut sacras, aut sacris inservientes,
I'epoar̄tis, Ferophantes, Sacrorum minister.

Δαδῆχος, Daduchus, tñdarum, facium & lampadum curator & ge-
stator: quare Cereris Sacerdotes δαδῆχοι dicebantur.

Κίρκη, Ceryx, Caduceator, facialis, preco.

I'epokhîpox, Sacer Ceryx seu facialis, qui populo festos dies ceremonias-
que nuntiabat.

Γραμματ̄s, Litterarius, Cancellarius, Notarius, Secretarius, scriba
publicus. Apud Judæos, sapientiæ professio penes Scribas erat.

Α'ρχγραμματ̄s, Notariorum primus & quasi princeps. Is decretorum
publicorum & tabellarum sacerdos custos erat.

Α'ντηγραμματ̄s, Litterarum & tabularum revisor.

Προγραμματ̄s, ipse scribeb.

I'eps̄s, Sacerdos, augur, aruspex, sacrificus.

Α'ρχοps & Α'ράρχη, Sacerdotum primus & princeps.

ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ, Summo fungens Sacerdotio: Plures illæ erant, quæ scili-
cet constitutam Sacerdotii periodum absolverant, ut Vestalium mos
erat; de quo diximus pag. 392.

I'pse, Sacerdos femina, Dearum sacræ præposita.

I'eperdura, Sacerdos è minoribus, seu Sacerdotibus feminis mi-
nistrans.

Α'ριτη

Αἱρετις, precarix, quez preces fundebat.

Ιερετος, Sacris officiis deditus.

Ιεροφας, qui sacra gerebat.

Ιερολογος, Vestitor divinorum simulacrorum.

Ειδι: τη σημα, Qui suggestus seu altaris curam habebant.

*Βημα locum editum significat, qualis erat Romae dictus *Rofra*.*

Ιερωνυμος, Musicas pristes, & Sacer tibicen, & qui ad sacrificia tibiias canebat:

Χαρακη, Χειρος, Choragus, qui sumptus ad ludes praebebat.

Φιαλιστος, Phialam gestans puer apud Siculos, apud Locrenses puella, quez ibat ante sacrificia. Polyb. I. 12. c. 4.

Κεριφορος, qui crateres mysticos gerebat: dictus idem κεριφορος.

Λυχνιφορος, qui facies gestabat, quales frequentes Cereris & Proserpinæ mysteriis aderant: Eadem de causa tamen in aliis ceremoniis φωτοφορος ab Hesychio nuncupatur, ob quam gerebat laternam.

Μελαινοφορος, Sacerdos erat atra ueste induitus. Plura si cupis, docet Stephani le Moine ad ill. Cuperum epistolam de Melanophoris consulere ne quamvis poenitebit.

Πλασιφορος, qui tabernaculum, tensam, seu Numinis signum gerebat: Horum ut plerorumque aliorum Sacerdotum erat collegium.

Vide ill. Cuperum, in Harpocate p. 131.

Α'ΦΡΟΔΙΤΗΣ, Veneris. Cic. I. 3. de nat. Deor. quatuor Veneres esse docet. Prima inquit, *Calo & Die nata, cupus in Aelide delubrum vidimus. Altera spuma procreata, ex qua Mercurium & Cupidinem secundum natum accepimus. Tertia Jove nata & Dione, que nupsit Vulcano, è quibus natus est Anteros. Quarta Syria Syroque concepia, que Astarte docuit, quam Adonias magis tradidit est.*

Quanta fuerit Venerum multitudo, paucis hisce demonstrabitur. Initium ducat Ptolemei autoritas, Venerem seu Α'ΦΡΟΔΙΤΗΝ Orientalibus quibusque nominibus sive nuncupatam: I. 2. in Terribili. Α spuma maris qua natam esse scribit Herodotus, in Theogonia, Venus dicta est: Α'ΦΡΟΔΙΤΗ έπο τη αρρεν: ita Plato, in Cratere. Πλειστης Α'φροδίτης ει δέξιο Ηερόδω αντιλέγεται, ἀλλά συνχωρεῖται, ὅτι διά την τη αρρεν γένεται, Α'φροδίτη έπαρτη. Hanc etiam dicunt à desipiendo, Α'φροδίτη περι τη αρρεν: ita apud Euripedem, τη μερι τη ταττ' θει Α'φροδίτη περούις. Mortalium esse inepias quaecunque Veneris canad fierent. Quidni περούις αρχη θει: *Insuperita princeps Dea?* Quid mortales impulit libido & cestrum Veneris! Hanc porro in templis Deorum primum sive, expressis verbis docet Homerus, in hymno Veneris.

Πλάτω δ' ει μητε Θεη τιμαρχη θει.

Και περι πατει προσδοτι Θεη τηρηση τιμαται.

ACRÆA

ACRÆA, *vide GNIDIA*.

ACTIA, *vide AENEIS*.

AENEIS, sive **AENEADES** Venus seu **AENEÆ** mater, bino templo decorata est, altero prope Leucadem, altero ad Actium promontorium, à filio transiente, priusquam in Italiam appelleret. Unde conjectura est, eamdem dictam **ACTIAM**, cuius mentionem facit Dion. Halicarn. lib. I. De eadem *vide GENETEIPA*.

ALESIAS Venus dicebatur ab Alente Colophonis fluvio, ad quem colebatur eadem ac **ALENTIA**, apud Lycophrenem, *in Caphsandra*.

ΑΛΙΓΕΝΗΣ Venus erat è sale nata, cuius salicitatis ergo famum ad portum maris extrui Aruspices jubebant.

ΑΛΙΤΤΑ, Venus ab Arabibus colebatur: ita Herodotus, l. I. c. 131. Eadem est quād **ΜΥΑΙΤΤΑ** Assyriorum, & **ΜΙΘΡΑ** Persarum.

ALMA, seu pulchra & sancta, apud Festum: **Ædiculam** habuit in regione XII. *vide GENETEIPA*.

AMATHUNTEA, ab antiquissima Cypri urbe eadem ac **CYPRIA** est, Θυσία ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ἐν **AMAΘΟΤΝΤΙ**; *Sacra Veneris in Amarhunte*, memorat Hesychius.

AMBOLOGERA δέ τῆς ἀμβολῆς, aliquando Venus est nuncupata, quæ sua suavitate miserias humanas sublevaret, & senectutem tardare videretur: Αμβολή & ἀμβολή enim dilatio est; Apud veteres, *dilator operum & cunctator*, dicitur ἀμβολιστρός. **AMBOLOGERA VENERIS**, AMBOLOTHRAS ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ simulacrum ex orculo dicatum describit Pausanias, *in Lacon*. Atque etiam Plutarchus, l. 3. *Sympof.* refert tales ad eam preces ferri solere: *Produc moram senectuti, pulchra Venus*.

ΑΝΑΔΤΟΜΕΝΗ: *E mari emergens, ambabus manibus è capilli aquam marinam exprimens*: Qualem Apelles Couss pinxit, opus admirabile. Vide Strabonem, l. 14. & Plinium, lib. 35. c. 10. & Pausaniam, *in Corinth*. De hac exstat lepidissimum Sidonii Antipatri epigramma. Τὰς ΑΝΑΔΤΟΜΕΝΑΝ δέο, καὶ τ. λ.

ΑΝΟΣΙΑ Venus, impia, profana, nefaria: scripsisse erubesco, commentari puderet.

APOSTROPHÆ VENERI unâ cum **COELESTI**, & **POPULARI** imposita sunt cognomina ab Harmonia; signis antiquis ligneis: Illa quasi *Aversatrix*, quodd ab exlege cupiditate & incestis, stupris, hominum genus averteret, qualia apud Græcos sæpè turpiter commissa sunt. De Adonis matre, de Phædra Mirois filia, de Terco Thraciæ Rege, &c. ex Pausania, *in Baoticis*.

AREJÆ Veneris, **APEIAS** Αρειάτη ades erat in postico Chalcœci, inquit Pausanias, *in Lacon*. cuius signa sunt è ligno tam veruſta, quam alia quevis in Gracia. Eadem est ac **MARTIA**, Mars quippe & pms, &c. A'pds.

AR.

ARDENS, *vide ΘΙΜΒΡΗ*.

ARENTA, dicta est Venus, à jungendis & copulandis Amantibus: Āper & Āpeyrta, apud Lycophronem, *in Cass.*

ARMATA, ἐνόπλη. Āpropositū dextrā pomum, & sagittam tenebat, arcum lèvā. Colebatur in Cythera insula: *Prope Cytherorum mænia erat URANIAE VENERIS fanum, eorum omnium, que apud Gracos Veneri dicata sunt, maxime priscum, & sacrafanctum. Dea signum cum armis est.* Hæc Pausanias, *in Laco*. Vide CYTHERA. Colebatur eadem maximè Spartæ, Virtutis muliebris ιερού λυφικὸν: Nam cùm Lacedæmonii præliaentes Messeniorum impetum sustinere non possent, pedesque retro ferrent, uxores armis arteptis impetum in Messenios feceré, aciem restituere, & hostes fugavere: Eas amplexi. Lacedæmonii, prout erant armati, cum armatis promiscuè, ut Lactantius ait, concubuere, atque ita mox ARMATAM VENEREM colere cœperunt, ejusque simulacrum lances decoraverunt. Tradit Dio, lib. 43. hanc a Julio Cesare cultam, & qua se etiam forme quādā venustatem habere persuadere omnibus nitebatur. Ideo sculptam VENERIS ARMATÆ imaginem gestabat, ejusque tessellā in rebus summis plerumque utebatur. Hanc cum GENETRICE confusam fuisse nullum est dubium.

ARSINOE, Venus in Ægypto, non procul ab ostio Canopico, Pharoque, *Sacellum habuit*, inquit Strabo, lib. 17. αἰτονος ἔχεσσα ΑΡΣΗΝΟΗΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ. Duplex refert epigramma Athenæus, ſexti. 1.7. in quo VENERIS ARSINOES, ejusque templi mentio fit. Egregia sunt de eo Plinii verba, l. 34. c. 14. *Eodem lapide, magnetem intelligit, Dinocrates architectus Alexandrie ARSINOES templum concamerare inchoaverat, ut in eo simulacrum ejus ē fuso pendere in aere videretur. Intercessit mors & ipfius, & Prolienes, qui id sorori sua jussérat fieri.*

ARTIMBASA, *vide ΟΤΠΑΝΙΑ*.

ASCRAEA. *vide ΤΠΟΙΖΗΝΙΑ*.

ASTARTE, Syria venus Adonidi nupsisse a Cicerone memoratur. **AUGUSTA**, in nummis & lapidibus. *vide ΟΤΠΑΝΙΑ*.

AUREA, χρυσή, Sincera, cafta, pàram generandi cupiditatem cœlitùs inspirabat; non lascivias petulantiores, adulteria turpia, & impudicam humani generis contumeliam, voluptatis vocabulo, defrignatam. AUREÆ huic Veneri Taurus cœlestis dicatus erat; & templum in Ægypto, prope Memphis. A Diodoro, l. 5. ob venustum formam, AUREA cognominata est.

Tίς δὲ βίος πάτερ τερψτὸν ἀτέρ ΧΡΥΣΤΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ.

Qualis nam vita foret, aut quid iucundi, sine AUREA Venere? Ovid. in Epit. Paridis gaudet VENUS AUREA furtis.

BARBATA Venus, a lumbis ad superiora mas, ad inferiora famina censematur: Hinc Æneas apud Virgilium, *Discedo ac ducenti Deo. Veste quidem ac corpore muliebri, natura porro, virili.* &c.

D BAR-

BARBATA colebatur, cuius simulacrum describit *Sorlius ad Eneidem*, & *Macrobius, l.3. Saturn.*

ΒΕΛΕΣΤΙΑ. apud Alexandrinos colebatur: De ea ita Plutarch. in Amatorio: **ΒΕΛΕΣΤΙΑ** verò Dii boni nomine barbara & empia mulier fuit, cuius templo & fana Alexandrini habent **VENERIS BELESTIAB** nomine, ob amorem, Rege id permitente.

CALLIPYGE, vide ΚΑΛΛΗΠΥΓΟΣ.

CALVA cur dicta sit Venus, explicat Lactantius, l.1.c.13. Urbe & Gallis occupata, obiecti in Capitolio Romani, cum ex mulierum capillis tormenta fecissent, eadem VENERI CALVÆ consecrârunt. De eadem vide Vegetum, l.4. Cyprianus illam commemorat, de vanitate idolorum: *Ego & Venus Calva: & S. Augustinus, epist. 44. Habet apud nos magnam materiam facieturum, dum Stercurnum, diam Cloacinam, VENEREM CALVAM.* Narrat Jo. Candidus, in comment. Aquileiae CALVAM. Venerem Romæ cultam fuisse temporibus Maximini, in honorem Matronarum Aquilienorum, quæ deficentibus funibus ad ascendendos arcus, magnanime præsentes crines substituerunt. Due ejas fuerunt in Urbe templo, vetus & novum, in regione viii. seu Foro Romano.

CAPITOLINÆ. Veneris meminit Suetonius in *Caligula & Galba.*

CASTNIA, vide ΚΑΣΤΝΙΑ.

CHOERAS, Veneris καθημερινος, matris Æneae: Ei porcos mactabant Argivi, quos χοῖρος nuncupant. Docet Aristophanis interpres, χοεῖρος seu χοῖρος pro ea faminarum pars intelligi, quæ famine sunt, χωνεύσιον αἰδοῖον λέγοντ, quam in puellis, teste Varrone de rustica, l. 2. c. 4. porcum appellabant. χορός. Veneris meminit Lycophron in *Cassandra*.

CLOACINA templum habuit in quarta Urbis regione.

CLUACINAM Venerem scribit Plinius, lib. 13. cap. 29. Romanos Sabinosque cum propter raptus virginis dimicare voluissent, depositis armis pugnatos in eo loco, qui nunc signa VENERIS CLUACINÆ habet: Cluere enim antiqui pugnare dicebant. Ei templum vovit T. Tatius Rex, in exercitu parte, quæ Romani & Sabini armis depositis pacem injerunt.

COA, vide ΑΝΑΔΤΟΜΕΝΗ. Est apud Ciceronem: *Qui COAE Veneris pulchritudinem imitari non posuerunt.*

COELESTIS, vide ΟΥΡΑΝΙΑ.

COLIAS Venus ad Anaphlystrum ades habuit, in quen locum ojetas fluctibus, ajunt, ultimas naufragis tabulas, quod Perse novali ad Salaminam pugna fecerunt. Ita Strabo l. 9. Endem fero apud Pausaniam, in Atticis. **COLIAS** promontorium, ad quod Periarum classe delata, navium fragmenta astu delata sunt. Illic VENERIS COLIADIS segnum est, ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΕΩΛΙΔΟΣ.

COLOTIS dicta est Venus, & juvenc quodam, qui manibus & pedibus (en Græcis κάλαν) ellen suspensus, postquam a puella quodam.

401

dam solitus fuit, VENERI COLOTIDI templum Athonis dedicavit. Alii à fœnoriibus nomen deducunt. Celebratur apud Lycophronem, in Caff.

CONJUGALIS, vide MIGONITIS.

CORINTHIAM Venerem memorat Athenaeus, 1. 13. c. 4. Erat enim vetusta lex Corinbi, cum VENERI civitas magnis de rebus supplicaret, ut accirentur in supplicationum pompa meretrices muliebres, que Deam precarentur, & post aliorum discessum, in templis permanerent; Et paulo post. Cum Persarum Rex Greciam armis remisit, Corinbia meretrices in VENERIS templis conseruarentur, & pro salute Gracie Deam ordinarentur. Quapropter Simonides, cum Dea tabulam Corinbi dicassent, in qua privatum erant meretrices depicta, que supplicationibus Deam propitiaverant, & in ejus fasto peractis supplicationibus substituerant, adscriptis hoc epigramma: Ha pro Gracis, & bellicosis civibus confiterant, Dova opem VENERIS implorature; Itaque VENERI non est usum Sagittariis Persis arcem Grecie prodere.

Ἄτι δέ τοι Εὐλύσιον τὸ δὲ Δημητρίου πολιτεῖ
Εὔσαδεν τοῦχος ΚΥΠΡΙΔΑΙ δαιμονίων
Οὐ γάρ Σεπόποιον ἐμίσαστο δῆ ΑΦΡΟΔΙΤΑ
Πέρσαις Εὐλύσον αἰρόντοις προσέβησαν.

Præterea adulatio seu supersticio greca, Laidem, ut VENEREM CORINTHIAM adoravit, quamvis haec Sicula fuerit, sed ut Solinus ait, digere ipsa malitia quam faceri patram: Ejus nummum CORinthi cufum vidimus.

COTYLEA Venus ades habuit sine recto; in qua segnum Dea, inquit Pausanias, in Æliacis: Nomen à monte Cotylo.

CYPRIA, in nummis ant. Ejus cultus autor fertur Cyniras; ita Pindari Scolastes, Pythion. od. 11. Οὐ δὲ Κύρωπες οὐδὲ θεοί τοι οἱ Κύρωπες Κυράδει τῇ Θεᾷ ἀριστεῖ. Hoc est, Cynras ille εἴθ, à quo Cyrrada in Cyprus Dea sacra ficerent. Ita Arnob.li.v.ex Clemente,in Protreptico: Μηδὲν δὲ ΚΥΠΡΙΑΕ Veneris abstrusa illa initia pratecamus, quorum conditor indicauerit Cynras fuisse. In quibus sumenes ea, certas fibes inferunt, ut meretrices: & referunt phallos, propitiū Amoris signa donatos. Et haec sunt, quæ se nescire fatetur Pausanias, in Baor. vide infra in voce ΕΠΩΤΙΛ Τον Κιναραν vide Tacitum, lib.11. hist. Ad quod pertinet Hesychii glossa: Κυράδει, ἵσπεις ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ, Cyrrada Sacerdotes Veneris. Cyprigena etiam dicta est, quod nata sit undosa in Cypro: Κυρωρογένειαν δ' ὅτι γῆνοι πολυκλύτει ἐν Κύπρῳ, inquit Hesiodus in Theog. Venus a Græcis κρατῖσα Κύπρος nuncupabatur, unde ab Horatio od. 3. potens Cypri, & a Bione Κυρωρογένεις, Eustathius, ad Iliad. 3. Venerem Κύφην censem esse ab Homero nuncupatam, quasi κύφην seu κύφορη, propterea quod sine Venere, idest, sine concubitu, & complexu venereo, mulieres graviide non fiant.

CY THEREA, quod primum ē mari ex spuma nata ad montem

D 2 Cytherum

Cytherum appulerit: Hesiod. in Theogonia: Sive Rutipa, Cypri oppido Nuda Cytheriacis edita fertur aquis, inquit Ovidius. Insula vero Cythera, inter Peloponnesum, Cretamque sita est, vulgo Cerigo, Serenis. Reipublicæ paret. Alii nomen dèducunt ab occultandis amoribus, yetiam Amatotibus: οὐδὲ τὸς Εὐρώπης καλλίτερον καὶ κρύπτειν: vide ARMATA.

DIONE A Venus dicta est à Diane matre. Homerus, Iliad. 3. ΚΥΠΡΙ ΔΙΩΝΑΙΑ, apud Theocritum, eis. i. t. Dionys. Afrum. in περὶ Virgilius in Meride, Augustum Cæsarem tanquam ab Julio & Venere prognatum, Dionæum nuncupat: Ecce Dionei precedit Cesaris astrum. Dionæum antrum pro venereo commemorat Horatius, ed. I. l. 2.

DORIS, vide GNIDIA.

ΕΝΟΠΛΙΟΣ, vide ARMATA.

EPHESINAE Veneri, quæ eadem erat ac Meretricia, & ιταιπα, templum extructum est. Athen. l. 3. c. 4. vide ΠΟΡΝΗ.

ΕΠΙΣΤΡΟΦΙΑ, EPISTRÖPHIA, sive procuratrix Sacellum habuit, inquit Pausanias in Atticis, prope Bacchi Nyctetis adem, &c.

ΕΠΙΤΤΜΒΙΑ memoratur à Plutarcho, quæ homines fragilitatis humanae admoneri putant, quod una & eadem Dea principium & finem vita in potestate habeat: quippe que ingredientibus vitam, atque decedentibus presideat. Nam Delphis quoque VENERIS EPITUMBIA est imagincula, ad quam evocant eorum manes quibus libant.

EQUESTRIS seu ἐφίππων, in nummis, vide Strabonem l. 7.

ERYCINA, in nummis & lapidibus ab Eryce Siciliæ urbe, in qua Æneas matri templum construxerat. Apud Psophidios, alterum commemorat Pausanias, in Arcad. a Psophi Erycis filia dedicatum, cuius suæ erat, sole extabant rynæ. Romæ postea ædem vovit Q. Fabius Max. sum ex Sibyllinis libris edictum esset, ut is voveret, cuius maximum imperium in Urbe esset: Ex Livio, l. 22. Eam, idem creatus II. vir in Capitolio dedicavit: Id. l. 23. Fuit & alibi aedes VENERIS ERYCINÆ juxta portam Collinam, vota a L. Portio Licinio Cos. bello Ligustino, ab eodem II. viro dedicata eo anno, quo Aquileja Colonia Latina in agro Gallorum deducta est, Liv. l. 4. Strabo, l. 6. Audiamus Ovidium.

Est prope Collinam templum venerabile portam,
Imponuit templo nomina celsus Eryx.

Est illuc Lethaeus amor, qui peccata sanat, &c.

ETAIPA, vide ΠΟΡΝΗ.

ΕΤΠΟΔΙΑ, vide GNIDIA.

ΕΦΙΠΠΟΣ, vide EQUESTRIS.

FELIX in nummis & lapidibus, VENERI FELICI SACRUM. &c. An a liberorum multitudine, an ab eorumdem præstantia?

FRUGIFERA a Sophocle, & Plutarcho, in Amat.

GABINIA in lapidibus.

GENETEIPA, GENETRIX, in nummis & lapidibus; Hanc Mūnītā ab Assyriis, A'λιστα ab Arabibus, & Mīrīzā ab Persis nuncupatam

patam dixit Herodotus, in *Clio*; quam etiam URANIAE nomine adorant. Πέρητες ἐπιμεμάδικαστον δὲ τῇ τῇ ΟΤΤΑΝΙΗ Σύνειν παράτος Αὐστρίαν πατέρας τῷ Αὐτοκράτορι. VENUS GENITRIX Julii Caesaris tessera fuit, qui ab ea genus per Aeneam ducere se asseverabat, quare ei templum aeneum pugnam Pharsalicam vorvit, inquit Appianus, Alex. l. 2. bell. civil. & post eius victoria in suo Foro posuit: Eadem Spolia, de hostibus dedicavit, & thoracem de margaritis Britannicis. In eodem collocavit Augustus statuam aeneam Divi Julii, cum Stella crinita supra caput ipsius fulgente. Dio, l. 13. Appian, l. 2. de bell. civil. Egregia est ejus descriptio apud Lucretium, l. 1.

Aeneidum GENETRIX, hominum, Divinitusque volupcas,
Alma VENUS &c.

GNIDIA. à Gnidio urbe Doridis in Caria: in nummis & lapidibus: Apud Reinesium, BONÆ DEÆ VENERI GNIDIAE &c. De Venere Gnidia à Praxitele sculpta, vide Athenæum, l. 13. tota nuda ad imaginem Cratinæ meretricis, alii scribunt Phrynes, tantæ pulchritudinis, ut à nobili adolescente perditæ amata, ac polluta fuerit: vide Lucianum, de Amoribus. De quo Val. Maximus: Vulcana conjagem, Praxiteles in marmore quasi spirantem in templo Gnidiorum collocavit, proper pulchritudinem operis à libidinoso cuiusdam complexu param turam. Hunc Veteres Macareum Perinthium nuncuparunt. Lepidum est hac de Praxitelis statua vetus epigramma.

Γύμνη οὖσα Πάρει με τῇ Αγχίστῃ τῇ Αδύτῳ
Τὰς τρέψ αἰδα μόνις. Πραξτίλης δὲ τέθη; Hoc est,
Nudam me Paris Anchises & pulcher Adonis
Aspexere: at quando aut ubi Praxiteles?

Hæc etiam Doris, & Acraea, & Euploea nuncupabatur, atque istis nominibus culta, templa habuit in Gnidio & alibi: De quibus Pausanias, in Atticis. Apud Horatium: O Venus, Regina Cnidi Paphique, Et varia Anthologizæ θηράματα.

GRÆCA Dea, seu Venus colebatur Memphi, in qua templum habuisse docet Strabo, l. 17. Εἴσι δέ Μήμφι, τῇ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ἵσποι, Θεᾶς ΕΛΛΗΝΙΔΟΣ νομίζουμεν, vide ΜΩΜΕΦΙΤΙΚΗ.

HOMICIDA, θνήσκων duxit ab obruta lapidibus Laide, in ipso Veneris templo; quam Thessalæ mulieres invidia pulchritudinis, & emulatione impulsæ, ita necaverunt: Inde ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΥ, VENERIS HOMICIDÆ templum nuncupatum est.

HORTENSIS, η ὡς κάπιος Αφροδίτη, apud Pausaniam, in Attic. a loco Horti dicto, tum quod Venus hortis ob generationem, unde cum Priapo praesit. Unde Naevius apud Festum, Venerem pro oleribus posuit, ut Cererem pro pane, Neptunum pro piscibus; dicente cōquo, Edi Neptunum, Cererem, Venerem.

HOSPITA, vide PEREGRINA.

ZEPHOROS, seu vita longioris dicitur ab Empedocle, atque etiam
Plutarcho, in Amat. FRUGIFERA ideo à Sophocle.

ZEPINOSA à Zerintho Thracie urbe, & antro. A Stephano com-
memoratur: Phoenodameatis filia templum VENERI ZERIN-
THIAE erexerunt, ait Lycophron, in Cassandra.

Ai οὐδὲ παλαιός μάτιος ΖΕΠΙΝΟΙΑΣ

Σπέρε μέγες δύματο δοτίου Θεῖος

ZEPYRIS, Zephyrus, ab cuius nomine celebatur Arsinoe, vide Ca-
saubonum, in Arbor. l. 7. c. 19. unde Zephyritis, Arsinoe, Chloris,
Hippia, sunt synonyma, inquit doctiss. ejus commentator Casaubonus.

IDALIA ab Idalo Cypri oppido, de quo Plinius, l. 5. c. 35. & Ste-
phanus, de urb. Ιδάλιον πόλις Κύπρου τὸ ἐδυκίν, Ιδάλης. Ita Virg.

Est Amathus, est celsa mihi Paxbos, atque Cythera.

Idalique domus. Hujus Veneris caput nummo insculptum est
apud Goltzium, cum θηραρῷ ΙΔΑΛΕΩΝ.

INVICTA eadem, quam OTPANIAN arguit lapis Romanus, apud
Gruterum, p. 59.

JOVIA in lapide antiquo, apud Gruterum, p. 59.

HIPPOLYTIA. Euripidis Scolastes: Αὐροδίτης ναὸς ἴδρυσαν τὴν Φαι-
στοῦ πατέρα· ἵκαλες δὲ Αὐροδίτην ἐφ' Γηπολύτῳ· καὶ τῇ ΗΠΠΟΛΥΤΙΑΝ καλεῖται.
Hoc est, Veneris templum extruxisse Phaedra ferunt: Vocavit autem Ven-
erem Hippolyti causa dedicatae, eamque etiam Hippolytianas dicunt.

JUNO. Apud Lacedæmonios, VENERI JUNONI matres sacra
faciebant. Τέλεα δὲ αρχαῖον καλεῖται ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΗΡΑΣ. Οὐδὲ θυγατρὶ^α
γαμικῆν τεκμήκαστ τὰς μητρὰς τὴν Θεᾶν θύει. Signum lignum vocare VE-
NERIS JUNONIS, cui pro filiarum matriis sacra facere matronas, so-
lemnis est: ita Pausanias, in Lacon. Υπερηφεία nominabunt. ΠΡΟΤΕ-
ΑΡΙΑ erant, sacra scilicet ante matrias: Nominis rationem dat
Hesychius, Προτέληται πρὸ τῆς γάμου Στοίχια, καὶ σορτί. τίλος ή γά-
μος. De hoc festo, vide Meursium, in Gracia feriata. Ed fortassis
refertur tunica prima perraram, quod videlicet recordor: In eo Livio ma-
teris erat effigies cum inscriptione ΛΙΟΤΙΑΝ ΗΠΑΝ, & in verso, Li-
vio filiae, ΛΙΟΤΙΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ. Querit Plutarchus, cur mente Majo-
mulieres non ducuntur? An quia in medio loco inter Aprilem est &
Junium, quotram ille VENERI, hic JUNONI Sacer est, Numinis
matrimoniorum tutelaribus, vel antevertunt Majum, vel Junium
præstolantur.

KALLIPYGE, Callipyge; pulchras claves habens, templum habuit Sy-
racusis, cuius originem describit Athenaeus, in fine lib. 12. Οὐτα δὲ
τίκτυται τῇ Αθηναῖον οἱ θεοὶ εἰ, καὶ ΚΑΛΛΙΠΥΓΟΤΑ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ καὶ θ. Λ.
Hoc est, Σικανῶν τελεταῖς incubuerunt ejus aedes homines, ut CALLIPYGÆ
VENERI templum edificariint hac de causa. Rustici viri forsoe due si-
lie in publicam viam egressi, ambivitiosus inter se decerebant, utri pulchri-
ores natus essent. Pretereunti juveni, inspicientes se ambo obtulerant. Utraq-
ue

que ille conspicatus, nati majoris pulchritores esse judicavit, & ejus amore, mortuo est. Reversus in urbem, cum ager desubficeret, juniori fratri exposuit, quod acciderat. Rus ille prefectus, & puellas concubas, alteram amavit. Juvenum pater cum instaret, ut splendidius matrimonium fibi quererent, id que persuaderet non posset, puellam non invito parente, illas evocat ex agro, & cum filii collocat: Eas cives Καστρόνυμος nominarunt. Illa igitur annas facultates nocte, VENERI, quae & à pulchris nascens CALLIPYGDON nominarunt, adeno construerunt.

ΚΑΤΑΣΚΟΠΙΑΣ VENERIS, seu specularicis delubrum est apud Trozenos, unde descendentes exercitacionis causa Ηεροπύλην in stadiis, intinebatur Phedra: Hæc Paulianas, in Corinthe.

ΚΑΣΤΝΙΑ, sive **ΚΑΣΤΝΗΤΗΣ VENUS** dicta est, & Callimacho, & Lycophrone, in Cassandra. Originem nominis dedit Castnius mons Pamphilis, ad Aspendum.

LIBENTINÆ à libendo dictæ meminerunt Varro, Cicero, &c. Non. Marcellus, cui paellæ, quæ excesserant annos pueritiae, parcas ætatis suæ infigia dicare solebant, ut apud Persicos legitur.

LIBITINA Venus ærarium habuit à Servio Tullio institutum, in quod pro defunctis numimi inferrentur. Ne putemus pro animarum redemptione, aut fundendis precibus, sed pro emundis quibus cunque ad funera pertinentibus. Ita tenebantur quibus nata erat protles, numinum aliquem in ærarium Junonis Lutinæ inferre. Legimus apud Plutarchum eamdem fuisse muniperans Venerem ac Libitinam, ρωμαϊκης ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ ἔτι τινὶ τινὶ ΛΙΒΕΤΙΝΗΝ. Indicando forte ex Dion. l. 4. caducum esse, quod esset natus, utram eamdemque Deam oribus, & interibus praesidere: Hæc enim etiam pro morte; magnaque pars mox vivabit Lebitinam, inquit Horatius.

LIMENIA, vide PELAGIA.

LONGURIA à Longuro Siciliæ lacu. *Regina spuma Longuri*, apud Lycophronem: Ερίνης ΛΟΓΓΟΥΡΡΟΥ μοχθόν; vide MYLIA.

LUCIFER, vide ΦΩΤΟΦΟΡΟΣ.

MACHINATRIX, ΜΗΧΑΝΙΤΙΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗ σadem & figuram lignorum dabant, Damophenis opus, cuius manus, os, & inos pedes à lapide erant. Cognomem Dea merito inditum est, quod Veneris causa homines quatuor artuum, & frondum gentis, rām in fætis, quæ in dætis excaecarunt. Hæc Paulianas, in Attadicis.

MARINA, vide PELAGIA.

MARTIA, vide AREJA.

ΜΕΛΑΙΝΙΣ, Nigra, In Thespiorum urbe **MELANIDIS VENERIS** ades, forum præterea, & theatrum; & forum Dea dignata, inquit Paulianas, in Baoticis. Εἰς δὲ τὴν ἐπρέπην ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΜΕΛΑΙΝΙΔΟΣ ἴψι, τὴν διάδημα τὴν ἀγρά, θέα ἀκμή. Et in Corinthis, **VENERIS MELANIDIS** delubrum recenset, ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΜΕΛΑΝΙΔΟΣ νωρ, prop. Laidis sepulcrum: Hæc, Venus, Luna, & Isis nominabatur. Noctis

Nu-

Numen verecundiam, quâ præditum esse debet humanum genus, indicabat, nec ut brûtum in propatulo, sed nocte liberis dandam esse operam. VENUS hæc ad abditam referri potest. *Vide. ΜΥΧΑΙΑ.*

ΜΕΛΙΝΑΙΑ apud Lycophronem, in Cassandra, à Melina urbe Argivæ, & Stephanum; Μέλινα πόλις Ἀργυρα, ἀφ' ᾧ ΑΦΡΟΔΙΤΗ ΜΕΛΙΝΑΙΑ τιμᾶται. Melina urbs Argolidis, à qua VENUS MELINÆA colitur. Notat Pinedo Stephani interpres, Lycophronis scholiastem, nomen deduxisse διὰ τὴν ἡδὺ τῆς σωοκοῖσ, à coitus suavitate.

MEMPHITICA, *vide ΜΩΜΕΜΦΙΚΗ.*

MERETRICIA, *vide ΠΟΡΝΗ.*

MIGONITIS, seu CONJUGALIS colebatur Migonii: hoc territorium erat in insula Cranaes, vulgo Spatara aduerso littore, in quo Paris primum cum rapta à se Helena concubuerat; inde nomen. In cuius rei memoriam ΑΦΡΟΔΙΤΗ MIGONITH erectum est templum: Ad quod cùm post XVIII. annos appulisset Menelaus, Veneri duas adjunxit statuas, Thetidis, & Praxidores sive vindictaricis, illi ut ferret opem ad vindictam, huic ut absolveret: Ratum quidem votum fuit, sed priùs obiit Menelaus, quam Helena arbori suspensa Rhodi jussu Reginæ Polixus suffocaretur.

ΜΙΘΡΑ interdum Dei, interdum etiam Veneris nomen est. Ambrosius, l. 2. contra Symm. Unde Phrygiæ vates, & semper invisa Romanis non eque Carthaginis munina! Quum COELESTEM Afri, MITHRAM Persæ, plurique VENEREM colunt, pro diversitate nominis, non pro Numini varietate.

ΜΟΡΦΩ, MORPHO in lapid. ant. quæ formæ præst, & pulchritudini: Etiamnum Græci recentes, Callimorphi egregiam, & formosam puellam nuncupant. Cellam habuit apud Lacones, autore Pausania in Lacon. Sedentis ejus signum è Cedro factum à Tyndaro in memoria fortè Helenæ filiæ suæ: Galericulum, seu flammeum habebat in capite, & circum pedes vincula, ad designandam debitam uxorum erga maritos fidem & constantiam. Memorat idem Pausanias, ibidem, ΜΟΡΦΩ τὸν Ζευκθίαν, quæ eadem est.

ΜΥΛΙΤΤΑ Venus apud Assyrios colebatur, ALITTA apud Arabes, ΜΙΘΡΑ apud Persas. Herodotus.

MURTEIA à Myrto Veneri sacra. Varro, l. 4. de ling. Latin. & Plin. l. 12. c. 1. tum l. 15. c. 29. Ara vetus fuit VENERI MURTEÆ, quam nunc MURTIAM vocant. Fanum ipsi sacraverunt Romani, in regione urbis XI. MURCEAM præterea Venerem cultam legimus, marcidos efficientem viros; cui opponebatur STRENUA. Milites aliquando Myrto coronatos legimus; an libidini indicanda, an Marti Veneris amasio? De Myrto Veneri sacra, adi Athenæum, Her. l. 15. c. 6. ex quo MURTIAM & PAPHIAM & CYPRIAM eamdem esse constat.

MT.

ΜΥΧΑΙΑΣ Veneris sacra in specubus, & abditissimis penetralibus celebrabantur: Μυχός secessus est, latebra & abditus locus. Lysiteles Plautinus adolescentis Trinummus amorem lascivum inde *latebricolarum hominum corruptorem* vocat: Amatores quippe juxta Maronem, Secreti celant calles, & myrtle secum, *Sylva regit*: hoc est, Venereos congressus, solitudini, ac nocti creditos: Celari vultus sua furtiva *Venus*.

ΜΩΜΕΜΦΙΤΙΚΗ, Memphita Venerem colunt, & sacram vaccam alunt, quemadmodum Apim in Memphis: ita Strabo, l. 17. Et paulo post, Memphis est Veneris fanum, que Graeca Dea censetur: Θεᾶς Ελλήνος θρησκεία. Et postea, In eiusdem honorem non procul est Aphroditeopolitana prefectura. Civitas eiusdem nominis est in Arabia, in qua bos alba *sacra* alitur.

NIGRA, vide ΜΕΛΑΙΝΙΣ.

ΝΤΜΦΑ, vide SPONSA.

ΖΕΙΝΗ, vide PEREGRINA.

OLYMPIA eadem, ac Urania apud Pausaniam, l. 3. & Proclum, in Lydiam Venerem hymno ultimo.

Σύμβολον χον νεροῦ γάρ τι νερὸν υμφαιῶν
Ηράκλει πυρόν τος, ιδίαν οὐράνιαν Αφροδίτης,
Καὶ εἴδων ἐνόρδων ΟΛΥΜΠΙΑΝ.

Symbola genus nupiarum, & hymeneorum intelligibilius igni Vulcani, & Cœlestis Veneris, quam vocaverunt OLYMPIAM.

ΟΤΡΑΝΙΑ, Cœlestis. In nummis, marmoribus, & passim apud Autores, δέ τι τὸ σπαῖς à caelo nomen deducit, quod de caelo semen igneum in mare cecidisse dicitur, ac natam è spumis Venerem, conjunctione ignis & humoris: Alii ex puri & sinceri amoris quasi cœlestis, & à corporis illecebris alieni significatione dictam volunt. Unde Pausanias, in Baoticis, per Venerem COELESTEM intelligit puram, & corporum cupiditate vacantem amorem. Venerem URANIAM a Scythis Artimpasam dictam, scribit Herodotus, l. 4. c. 59. De ea sic Orpheus, in hymn. ad Venerem: ΟΤΡΑΝΙΑ, πολυόρευτη, φιλομετός Αφροδίτη, &c. l. 1. COELESTIS, celeberrima, risum amans VENUS &c. Vaccam autem Ægyptii VENERI dedicarunt, quam COELESTEM vocant, ex Pierio, l. 3. Memoratur à Poetis antiquis, & opinor eam esse, quam nulla sequitur pœnitentia, nullum πάθη, aded blanda est & innocens, ut URANIA ipsa sit. Fortè dicta eadem.

ΠΑΝΑΓΑΘΟΣ, optima, In lapide Rom. ex Grutero, pag. 59. lib. I. Ejus extat hoc epigramma.

ΑΦΡΟΔΙΤΗ
ΘΕΑΙ ΠΑΝΑΓΑΘΟΙ
ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΙ
ΚΑΙ ΕΤΚΛΕΙΑΙ
ΕΤΕΡΙΕΤΗ &c.

VENERI,
Dea OPTIME,
& servatrici,
& inclite,
benefatrici, &c.

ΠΑΝΑΙΤΗ, Omnia causa: Hæc sunt, Phurnuti verba: Καλέσαι δὲ
Οὐρανού τε καὶ Πάνθημον καὶ ΠΑΝΑΙΤΗ, διὰ τὸ καὶ τῷ Οὐρανῷ ρῆσαι τὴν γῆν καὶ
παλαιότερην θάλασσαν αὐτοῖς Ιωρεῖδας. **Hoc est, Vocatus autem & Cœlestis,**
& Vulgaris, & OMNIUM CAUSA, quod namque Veneris potentia, &
vis in cælo, & in mari cernatur.

ΠΑΝΔΗΜΟΣ, *Populāris*, *Vulgaris*, *Jovis & Dionei filia*, ex Platone, in *Sympoſ.* Id nominis habet, quod ad forum antiquum posita est, in quo solet rās δῆμος universus populus ad conciones confluere, quas ἄγοποι vocant: Narrat Athenaeus, l. 13. primum Solōnem propter iuvantes acate vigentes, mulieres emperas prostitutisse in ganeis, & ex meretriciis questu in prostitulis, **VENERIS VULGARIS**, ΠΑΝΔΗΜΟΥ templum, primum exeruuisse. De ea Oppianus, in *Canegētico*, a 390. Lycephron secundam nuncupat **VENEREM** publicam, ad honorem **URANIE** quæ prima est. De ea Pausanias, in *Bæoticiis*.

PANSEA. Venus dicta est, quae omnino Deorum vires in se contineret: Drusillam Caligulæ filiam ita nuncupatam. habemus ex Dione, l. 59. *Decreta ei omnia, que Livia insuper ut immortalis habere curit, aureaque in curia effigies ejus poneretur, ut in furo image Veneris, statua ojus equalis, collocaretur, iisdemque honoribus colere curit: Et mox: Itaque runc PANTHEA vocata est, & diuinis honoribus per omnes Urbes culta. Tots ēv ΠΑΝΘΕΑ τὸν μογέτι τὴν τιμὴν δημοσίων ἐπάτεις τὰς πόλεων ήγειρεν. Ex Sophocle,*

Ω^τ Παῖδες, οἵτοι Κύθρις καὶ Κύθρια μόνον

Αλλ' οὐδὲ πάντων ὄντος γέτεν εἰπώντας.

O pueri, certè Venus non solum Venus est.

Sed omnium particeps nominum, &c.

PAPHIA, a Papho Cyperi Urbe: In nummis & lapidibus: Eadem ac OTPANIA. In Cyprus Agapenor Paphum urbem coloniam deduxit, & in ea Veneris famam erexit, cum ante apud Cypriam Dea hac in medio oppido, cui Golgi nomen, coleretur. Haec Pausanias, in Areac. De eadem Tacitus l. 2. hiit. c. 2. cuius Si mandacrum non est effigie humana, sed continuas orbis Letiore initio tenuere in ambitum, mera modo exurgens. Idem docet Max. Tyrius. **VENUS** a Paphiis colitur, cuius insigne nulli rei magis affinitate, quam alba pyramidis.

ΠΑΧΤΟΒΟΡΟΖ Venus que thalamis præcessit. Inde Sacerdotes *nari posse*
qui thalamum seu velum portabant.

ΠΕΛΑΓΙΑ, seu pelago, seu mari, ac ideo Αγαθομάρι eleganter a Pausania nuncupatur, Αφροδίτη ταῖς Θαλάσσῃς: *Venus filia maris*. Hinc apud Horat. od. 26. l. 3. MARINA Venus: & od. 11. l. 4. Θαλασσίας Αφροδίτης commemorat Musaeus, in Leandro & Her. **PONTIA & LIMENA** quasi Portuna nuncupatur a Pausania, in Corinth. & ab Hesychio Επικοντία cuius signum è candido lapide, magnitudine & opere insignissimum. Inter certos qui habentur Dea ab Hermionensibus honores, ea religio observatur, ut Virgines, quin & vidue, que in viri manum conventura sunt, rem ei divinam ante nuprias faciunt. Egregium est Artemidori inventum, ὅνερον, l. 2. c. 42.

VENUS MARINA nauteribus & gubernatoribus & omnibus navigantibus bona observata est.

PEREGRINA Ζώνη, ab Herodoto, l. 2. c. xii. dicta est, quam apud Proteum Ägypti Regem Sacerdotes praedican diversatam esse: HO-
SPITAM inde appellant, & ad Helenam Tindari filiam, Menelai uxorem, ab Alex. Paride raptam referunt. Etiam a Lycophrone in
Cass. celebratur, atque etiam in lapidibus antiquis.

PHYSICA, in lapide antiquo, naturalibus γενναῖοις μοέσις, utriusque sexus praesertim putabatur. Pars corporis nostri secretior πόντος μάστιχα dicitur, verocundis causā: Vide Plinium, l. 20. c. 6. πάνδοστόπορος πόντος Damascenus appellat, quod alii Græci ἀναγνῶν, ὥπερ, ἀνδρεῖος, & Latinī radium, cōlum, virilicetem. Eustathius, ad Odiss. Ω. Reinesius inscriptionem refert & explicat. **IMPERIO VENERIS FISICÆ** &c.

PLACIDA, in lapidibus ant. Grut. p. 59. 9. Ejus aedicula & vicus fuit in urbe regione v.

ΠΑΙΝΩΙΑ sive ΕΝ ΠΑΙΝΕΩ. Referente Pausania, in Arcad. *VENERIS* ades est, que in latereculo appellatur, quēd in foro sit, latereculi figuram pre se ferente.

PONTIA, vide PELAGIA.

ΠΟΡΝΗ, Meretricia, cuius delubrum erat *Abydi*: ΠΟΡΝΗΣ δὲ ΑΦΡΟ-
ΔΙΤΗΣ ἵσπειδα ταῦτα Α' θυλωῖς. Nam cūm ista civitas Macedonum servitute premicerent, custodes presidiarii aliquando sacro peracto, seminanti, multas sue con-
cessiones meretrices adhibuerunt: ē quibus una saepe illos conficiata, furtim
auctis portarum clavibus, mores transgressa, id Alydensis significavit: quis
extemplo correptis armis, & concusufacto, presidiaris occisis, mores peccati,
libertatem recuperarunt, & meretrici gratiam ut redderent, templum *MER-
ETRICKÆ VENERIS* extruxerunt: Hec Athenaeus, l. 13. cap. 14. &c
seqq. Hanc eandem *AMICAM* sive *ETAIPAN*, ab Atheniebus di-
stincta fuisse, docet idem Athenaeus, ή ξεδ τῆς ναρ' Α' Ιλιουσ καλυφόης
ETAIPAS. τῆς ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ. De illa scriptit Apollodorus Athenieensis,
in libro *De diis*, ad hunc modum: *Amicas* *ETAIPAN* *Venerem appellant*,
quoniam amicos & amicas, idest benevolas, in unum congregat. Quan-
doque etiam sunt ingenue matrone ac virginis, amicas illas vocant, cum
quibus familiaritate ac necessitudine conjuncta sunt: etiamque vocant meritorias
feminas, & ἐπαγῆς mercede corpus vulgare, non ad significatus proprietatem
referentes, sed ut beneficior fix nomenclatura.

ΠΡΑΣΙΣ, **PRAXIS**. Μέν δὲ τῷ Διονύσῳ τὸ ισπίδων Α' οροδίτην νόμον:
ἄγαλμα δὲ εἰδέχεται. ΑΦΡΟΔΙΤΗ τεκομήθη πρασίς Ρέθηλον. Hoc est,
Prope Bassio templum, idest & *VENERIS*, cuius figura ex stene. Deo
cognomen, **PRAXIS**: Pausanias in Atticis.

PYRENÆA Venus templum habuit in limite Narboensis Gallię
atque Hispanie. **IMPENNAIAN** ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ templo cultam nuncupat
Strabo l. 4. & Ptolomeus, l. 2. c. 5. Premontorium Pyrenæ, *Venerem*
idem memorat, quod & Massiliense dicitur, vulgo, Cap. de Crux.

PYTHONICE seu PYTHIONICE Venus dicta est à cognomine formosa meretrice, teste Theopompo.

ROMANA delubrum habuit in via sacra. De ea Prudentius, in *Symmacum*.

SAMIA Venus, quam in arundinibus ἐν καλάμοις quidam vocare; alii in palustribus ἐν ἐλαττοῦ edem habuit in Samo: eam meretrices Pericles securæ, cum ob sideret Samum adificaverunt, ingenti questu prostitutæ formâ, dicata. Hæc Athenæus, l. 13. cap. 4. Quoniam, inquit Casaubonus, VENUS ista in ea parte Sami fuerat dedicata, ubi Pericles castra metabantur: ad littus nempe maris, ubi erant paludes, & in iis arundineta, unde hæc ejus θύσεται.

SANCTA, in Inscript. Gruter. p. 102. Eadem fortè quæ ALMA.

SCHOENIS Venus a juncis dicta est: Σχοῖνος juncum designat, ad juncturas utilem.

SOCIALIS, seu ΣΤΙΜΜΑΧΙΑ, de qua ita Pausanias in *Arcad. Manis* tinea à tergo theatri reliqua adhuc sunt templi vestigia, quod VENERI olim dicatum fuit SOCIALI, & in eo signa quadam. Indicat basis inscriptio Nicippem Pasæ filiam dedicasse. Templum erexere Maninenses, quo monumentum esset posteris, ipsos cum navalis ad Actium pugna committeretur, in Romanorum fuisse paribus. Jupiter etiam SOCIALIS sive Sodalitus apud Athænum legitur, l. 13. cap. 4. cui Etæridia festa celebria sunt apud Magnetes. vide ΠΟΡΝΗ.

SPONSÆ, seu ΝΤΜΦΑΣ mentionem facit Pausanias, in *Corinth.* ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ εἰνὶ ἵσποι ΝΤΜΦΑΣ, ποιησάντος θυσίας νίκης ἴσχε γυναικαὶ Ελίνων. Hoc est, VENERIS SPONSÆ cella est, à Theseo, cum Helenam uxorem duxisset, edificata.

STRATONICE apud Tacitum, l. 3. & in Decreto fœderis prævio, inter Smyrnæos Magnetesque, inter Marmora Oxoniensia, pag. 5. & 6. Cujus hæc sunt verba. Deum Antiochum, & marrem patris Deam Stratonicem, a Smyrnais consecratos & honoribus egregius honoratos, tum publicè a plebe, tum privatim ab unoquoque civium: illunsque sanctivisse fanum VENERIS STRATONICIDIS in spoliatum fore, &c. Γέρε τοὺς ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΙΔΟΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ. Quin & eodem fœdere Smyrnæi cogebantur jurare per Terram, Solem, Martem, Minervam Martiam, Diana, Matrem Siepylenem, VENEREM STRATONITIDEM, & reliquos Deos Deasque, &c. ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ τὸ ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΙΔΑ. Quin columnas, in quibus descriptum erat fœdus, conservaturos se in VENERIS STRATONICIDIS fano, Smyrnæi, ut Magnetes, in fano Diana Leucophrinæ ad Meandrum, polliciti sunt. Venerem illam quid vetat eandem censi ac Cœlestem seu OPPANIAN, cujus Sacerdos magna fuit MARCELLINA? Illam enim Astartem Deam Syriam, Assyriam & Hieropolitanam, eandem fuisse meritò opinamus.

STRENUA, vide MURTIA.

ΣΤΙΜΜΑΧΙΑ, vide SOCIALIS.

ΣΩΤΗΡΑ

ZATHPA, *Servatrix*, in lapide ant. apud Gruterum, p. 59.
THALASIA, vide PELAGIA.

ΘΤΜΒΡΗ, *ardens dicta est Venus*, ob fervorem libidinis, maximè extra speciem: Eò ferebatur Semiramis erga equum, Pasipheia erga taurum &c. ΘΤΜΒΡΗΣ ΚΥΠΡΙΔΟΣ ἀρμονία commenmorat Callimachus, *ardentis Veneris harmoniam*.

ΤΡΟΙΖΗΝΙΑ. *Trozenia* Venus a' Lycophrone memoratur, in *Cass.* cui templum Phædra Trozenes Regina dedicaverat: adi Pausaniam, in Corinth.

VERECUNDA. Eadem est opinor, ac **NIGRA** & **ΜΕΛΑΙΝΗΣ**.

VERTICORDIÆ VENERIS ades extra portam Collinam in via Salaria fuit, cum tres Vestales uno tempore incestum commisissent, quemadmodum Jul. Obsequens ait, ut lascivos puellarum animos ad castitatem verteret. Vide Valer. Maximum, l. 8. c. 15. & audi Ovidium, l. 4. fast.

*Roma pudicitie praeavorum tempora lapsa,
 Cum saec veteres consulvisti exstructa, annua.*

*Templa jubet Veneri fieri, quibus ordine factis,
 Unde VENUS, VERSO nomine, CORDA tenet.*

VICTRIX. In nummis & lapidibus ant. a vincendo dicta est: *Edens ipsi dedicavit Pompejus altero consulatu, editis sumptuissimis ludiis, in regione ix, seu Circo Flaminio.* Plutarc. in ejus vita. Plinius l. 8. Superbas Veneris victorias docet hoc Epigramma, Deæ simulacro impositum Romæ. Vide Gruter. p. 60.

*Sol calens igne meo, flagras Neptunus in undis,
 Penca dedi Alcida, Bacchum servire coegi,
 Quamvis liber erat, feci servire Tonansem,
 Quamvis liber erat, Martem sine Marte subagi.*

Et hinc præcipue Veneris victoria est, quæ blanditiis, & delinimentis muliebribus summum belli ducem seduxisse videtur, qui gladio quasi è manibus excusso, unguentis delibutus, rosis myrtoque coronatus, in Veneris castris postea litaverit. Eo more Romani Faustinae F. adulantes, hanc in Veneris habitu, galeatum Martem vincentia effinxerunt, scilicet M. Aurelium, cujus superbuna extat monumentum iater Ser. Reipublicæ marmoræ, supra monetariam officinam, la Zecca, cum hac basis inscriptione, **VENERI VICTRICI**.

ΤΗΕΡΧΕΙΡΙΑ, vide JUNO.

ΦΙΛΟΜΗΔΗΣ dicta est Venus ab Hesiodo, in *Theogon*: ὅτι μάλισται εὔποδατη, hoc est, οὐσιαίος, quod ex genitalibus nata sit. Dicta est etiam **ΦΙΛΟΜΕΙΔΗΣ** hilaris & φιλόγυλη rifulo amans ut apud Homer. *Iliad.* 2. Ita apud Horatium, od. 2. *Erecina ridens*. Vide **ΟΤΡΑΝΙΑ**.

ΦΩΣΦΟΡΟΣ, Lucifer: *Vesper*: quintus est planetarum, ὁ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ προσαγόρευσι, quæ **VENERIS** dicens, & conciliatrixis lumen. Hæc quippe stella omnium est splendidissima. Audiamus Suidam:

ΦΩΣΦΟΡΟΣ ὁ τὸ φῶς ἀνατέννων: ὁ Ήλιος. Pro Luna, Lucina, & Venere accipiebatur. Rem explicat Plinius, l. 2. c. 8. *Infra Solem ambit ingens. Sidus appellatum VENERIS, alterno meatu vagum, ipsisque cognominibus emulum Solis, & Luna. Praeveniens quippe & ante matutinam exoriens, LUCIFERI nomen accipit, ut Sol alter diem maturans: Contra ab occasu resplendens, nuncupatur VESPER, ut prorogans lucem, vicemque Luna reddens. Et paulò post: Alii enim Junonis, alii Iseidis, alii Maris Deum appellavere. Apud Bionem, in Bucol.*

Ἐπειπε τὰς ἑπτὰς χρόνους φάσθε. Αρρογένης, τῇ θ. λ.

O Vesper amabilis, aurea lux Veneris,

Chare vesper, cerulea noctis imago satra, &c.

· OTPANIA, Cœlestis. Venus hæc OTPANIA nuncupata est, quod Cœli filia esset absque matre: AMOREM illa peperit, purum sine ulla corporis cupiditate, sine ulla labo, sed qualis esse debet erga Deum, patriam, liberos, & viros benemeritos. Duas Veneres celebrat Plato, in *Sympoſ.* Πλός δὲ οὐ τὰ Σταὶ τῇ θ. λ. Hoc est, quomodo non effent duas Deas? Altera siquidem antiquior & sine matre, filia Cœli existit, quam COELESTEM nominamus: Altera junior, Jovis & Diones filia, quam vocamus POPULAREM. Utramque Venerem Cœlestem & Popularem celebrat Pausanias, in *Atticis*, l. 6. his verbis: *Est porticus, que de manib[us] Coryneorum erecta fuit, Veneris ades. Area templo sacra sub divo non longe abest. Qua ibi colitur, COELESTEM VENEREM vocant, OTPANIAN: Ejus ex ebore & auro signum est, Phidia opus; altero quidem pede restitudinem premit. Area ipsa maceria est circumsepta, intra maceriam crepido, super qua VENERIS quam POPULAREM nominant ΠΑΝΔΗΜΟΝ, signum ex ere, capro insidet, ex eadem fabricato materia, Scope opus, &c.*

Cùm variæ Veneres fuerint, variii etiam eorum cultus & ritus sacrorum: VENERI COELESTI, ΑΦΡΟΔΙΤΗ OTPANIA vinum offerre in sacrificiis minime licuit: Ut testatur Polemo, forte ad distinctionem τῆς πανδημού seu popularis, quæ Baccho delectabatur. Ejus sunt hæc verba. Αἰθωνοί το γέροντος θημελεῖς ὄντες τῇ τά φρος τὰ Σταὶ θρασυάλια μέρη ιερὰ θύσει, Μηνοσώμ, Μέσας, Η'οι, Ήλίω, Σελήνη, Νύμφαι, ΑΦΡΟΔΙΤΗ OTPANIA. Hoc est, Athenienses harum rerum observandarum studiosi, & in sacrificiis Deorum faciendis diligentes, Nephalia sacra faciunt Memosyne, Myrs, Aurora, Soli, Luna, Nymphis, VENERI COELESTI. Nephalia autem à sobrietate dicta sunt, quoniam vinum otanis prope intemperantiae fundamentum in illis nesciretur. Populari capra candida mattari solebat, COELESTI juvenca. Θύσαι μέρη τῇ ΠΑΝΔΗΜῷ δέσσει λαχιτὸν μηνάδα τῇ OTPANIA δὲ δαμάλια ιατρία. Plutarchus Lucianusq; docent, VENERI POPULARI, ΑΦΡΟΔΙΤΗ Τῇ ΠΑΝΔΗΜῷ templum Athenis exstructum fuisse à Solone, quod ferretur juvenum libido, de quo vide Lucianum, in dialog. mereir. & Pausaniam, in Atticis.

VENE-

VENERIS URANIAE propter Sosipolim templam fuisse refert Pausanias l. 7. cuius adhuc ruder a monstrabatur: *Sacra cerè & nunc finne ad aras.* Florebat autem Hadriani temporibus, quod marmor nostrum non parum illustrat.

Ægirata pre ceteris Diis religiosissime COELESTEM VENEREM colunt, in cuius edem penetrare viris nefas. In ejus verò quam Syriam nominant Deo, non nisi statis diebus intrante, ubi se & reliquis certo ritu ex piationibus, & vietutis præcipue moderatione, lustraverint: Tù dī OLYMPIAN cibos. μη τοι μέγατα. Εἰσλέγειν δὲ εἰς τὸ ισπόν ἐν δῖτιν ἀρδόπτου, οἷοί τ. λ. Ex Pausania, in Achaicis. Narrat idem Pausanias l. 3. In Cythera (insula quæ hodie Cerigo) fanum esse URANIAE sanctissimum, & omnium, que VENUS apud Grecos habet antiquissimum: ipsius autem Dea, signum armatum est. Εἴ τη Κυθήρα ισπόν δει τῆς ΟΛΥΠΙΑΣ ἀγάπων, οἷον οὐρανού ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ταρέννων διτον ἀρχαιότων. Porro in Urbibus primùm cultam hanc Deam non fuisse constat ex Herodoto, l. 1. c. 5. qui antiquissimam Deam VENEREM OLYMPIANAM seu COELESTEM, Cœli filiam sine matre memorat his verbis. Medi cum Scythis congressi prælioque fusi, Asia imperium amiserunt. Scytha univerfa Asia potiti, hinc rectâ in Ægyptum contendunt: Quibus jam Syriam, Palestinam ingressis, Psammiticus occurrens Ægypti rex, maneribus precibusque, effecit ne ulterius progrederentur. Scytha ubi retrocedentes, in Urbe effecit Palestina Ascalone, bonaque parte Scytharum nullam injuriam inferente, pauci aliquot relitti, VENERIS URANIAE fanum depecularunt. Εσύλισαν τῆς ΟΛΥΠΙΑΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ τὸ ισπόν: Inter cetera hujus Deæ antiquissimum: In quo colebatur celeberrima statua VENERIS URANIAE, manu Alcamenes, illustris Phidiæ discipuli: Siquidem qua in Cypro est ejusdem Deæ edes, ex hac prodijt, id quod ipsi etiam Cypri referunt. Quis etiam illud apud Cythera delubrum, Phenices ex hac Syrie regione orti, condiderunt. Ac vero Dea ipsi templi spoliatoribus, eorumque posteris morbum immisit famineum, quemadmodum & ipsi faciunt Scythe, se videlicet illo morbo ob id laborare, & videre licet apud Scythes hunc morbum curantes, quos ENAREAS appellant Scythe.

Medico mihi, opinor, condonabitur si nonnulla ex arte mea de prompta ad hujus loci interpretationem proferam. Qui òracles ab Herodoto vocantur, quasi evitati: Hippocrates, l. de aere doc. & ag. crand'cias nuncupat, quasi effeminatos, de quo vide Mercurialem, var. lect. l. 3. c. 7. Nihil convenientius spretæ VENERIS COELESTIS vindictâ de Scythis acceptâ, postquam vix viri, sed in totum effeminati, languerent fortissimi homines. Quis tandem ille morbus sit, multos dubitare animadverti, non audentes Syphilidem seu luem Venereum accusare, quam morbum novum pertinaciter afferunt. Publicè porro docuimus nuper, & mille argumentis probavimus, ut nullum nobis supersit dubium, hunc morbum a Græcis, Arabibus & Latinis cognitum fuisse, virulentis suis symptomatis stipatum, defluvio capillorum,

pillorum, ulceribus, carie, gummatis, nodis, gonorrhœa, cruciatibus nocturnis, febricula, macie, venereis thymis, phymatibus, aliisque molestissimis libidinosorum flagellis: Nec nobis defuerunt autoritates ex textu sacro, classicis seu melioris notæ omnium nationum medicis, Hippocrate, Celso, Plinio, Avicenna, ut de ceteris taceam: At quia illius curatio quasi velo obumbrabatur, nobis tandem summo Dei beneficio reserata, ideo *novus* censebatur morbus, quoties summe recrudescebat. Sed satis de COELESTIS VENERIS vindicta.

Athenis aderat VENERIS COELESTIS delubrum, ΛΦΡΟΔΙΤΗΣ ΟΤΡΑΝΙΑΣ, quam primi omniū Affyrii coluere, à quibus Paphii in Cyprus acceptum, sacrorum ritum cito Phoenicibus, qui in Palestina Acalonem urbem incolunt, Phœnices eum Cytbereis communicarunt. Athenis vero eam religionem induxit Ἀργεῖος, cùm Veneris ira, & sibi prolem non obligasse, & sororibus calamitatem immissoe putaret. Quod etate nostra (hoc est centesimo post Christum anno) extat Dea signum ex Paro marmore, Phidie opus. Hac Pausanias, in Atticis. Id etiamnum testantur ejusdem templi reliquæ, non procul à custodia publica, seu carcere dicto φυλακῇ; Barbaris Turcis pro Moschæa est, quam omnes VENERIS URANIAE templo nuncupant, ab Ἀργεῖo conditum, ab Imperatore Hadriano reparatum. Ut olim Julius Cæsar, VENERIS, seu genericis, seu armatæ, seu Uraniz imaginem secum perpetuò gestabat, id de Asclepiade philosopho narrat Marcellinus, l. 22. DEAE COELESTIS, seu VENERIS URANIAE argenteum breve figmentum, quoctaque ibat, secum portare solitus esse.

Ægyptii Astronomi VENERI COELESTI smaragdum dicaverunt, virginitatis indicem, ex Horo Apolline: Hunc enim in concubitu frangi autumabant: neque quidquam cœlitus animis mortaliū infundi docet Plato, nisi purum & honestum, quod VENERI COELESTI smaragdoque convenit.

COELESTEM VENEREM ornat cestus tunicae species, ut supra diximus p. 374. Κεῖον δὲ τῷ μάκῳ τῷ ΟΤΡΑΝΙΗΝ κομέτοι; inquit Lucianus, *Coffum habet, quo solam COELESTEM ornant.*

VENERIS URANIAE, seu COELESTIS, ejusque Sacerdotis memorat vetus Inscriptio à Reinesio vulgata, p. 359.

ΔΙΟΔΩΤΟΣ ΤΙΤΕΛΟΤ ΑΙΤΤΕΙΡΑΙΟΣ ΤΑΝ ΑΔΕΛΦΑΝ ΑΤΤΟΤ ΜΙΝΤΡΑΝ ΑΡΤΕΜΟΝΟΣ ΙΕΡΑΤΕΤΟΥΣΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΑΙ ΟΤΡΑΝΙΑΙ.
--

Diodotus Titeli filius. Aptirens, sororem suam Minyram Artemonis filiam Sacr. VENERIS COELEST.

Quo loci prudenter animadvertisit ill. Gilb. Cuperus, recondita eruditione quam dignitate spectabilior, & Bataviz decus, non filiam.

liam ut vulgo creditur, sed uxorem esse intelligendam; Ita Hectoris Andromache, Messalina Claudi, Sabina Hadriani. Plura vide in ejus *Harpocrate*, p. 127. quem hodie receptum & bona fide his sub præculo sudantibus, illico devoravimus. Hæc eadem VENUS COELESTIS nominatur alibi, p. 242.

Videtur & alia inscriptio VENERI COELESTI sacra: Porro Lipsius ad Livillam Caligulæ filiam refert, cui VENERIS istius & PANTHEÆ θεοῖς tribuebat vesanus pater.

VENERI COELESTI AUGUSTÆ SACRUM NUMMIA C. F. DORCAS S. P. F. C.

COELESTIA aliquando nuncupata sunt alia Numina, Juno, Diana, Fortuna, Bona Dea sanctissima, ut ex nummis & inscriptionibus manifestum est: An ut different à terrestribus, marinis, & infernis? JOVIS COELESTIS mentionem facit Hippocrates noster, l. de insom. scđt. 4. his verbis: *Diis supplicationes decernanda sunt: Ad res quidem prosperas, Soli, Jovi cœlesti, ΔII OTPANΙΩ, Jovi Cœstia, Minerve Eœstia, Mercurio, Apollini.* Vidimus etiam inscriptiones, MERCURIO COELESTI, SILVANO COELESTI.

Absint à COELESTI VENERE, ea sacra ἀρπαδίσια quibus solebant nova meretricibus tunc primum quæstum corpore facientibus nomina imponere, ut testis est Plautus, in *Pænulo*.

Aphrodisia, hodie Veneris est festus dies;

Tua pietas nobis planè auxilio fuit.

Cùm hoc advenisti hodie in ipso tempore:

Namque hodie earum mutarentur nomina,

Facerentque indignum genere quæstum corpore.

ΕΡΩΤΙ, *Amoris.* Ε'pas aliquando libidinem & Cupidinem innuit; absit hunc MARCELLINÆ conjungere, VENERIS URANIAE Sacerdoti, præsertim cùm OTPANΙΩT COELESTIS θεοῖς conjunctus est. Mallem illum interpretari pro ἄγαρ, φιλίᾳ dilectione, charitate, & benevolentia. *AMORIS* si sapientie sequamur autores, antiquissimum Numen, & cui se nature debet aternitas, cùm τὸ ΕΡΩΤΑ Chaos primum omnium emersisse, ex Hesiodo constat, in *Theogonia*.

Πράτισα μὲν ΕΡΩΤΑ, Θεῶν μητραὶ πάντων; Phædrus, apud Platonem, in *Sympof.* Οτι μέγας θεός εἰν οἱ ΕΡΩΣ, καὶ θωμασός εἰν ἀνθράποις τε καὶ θεοῖς. *Quoniam magnus Deus AMOR,* & mirabilis apud homines, Deosque: Et alibi; φύμιν ἐν εἴδι πάντων θεῶν εὐδαιμονεστάτων οὔτως ΕΡΩΤΑ καλλιστὸν ὄντα καὶ ἀετον.

Hoc

Hoc est, Ego sicut confco, *Dii omnibus felicibus existentibus; AMOREM illis esse feliciorum; cum & pulcherrimus sit.* Et apud Athenaeum, lib. 13. *Omnium Deorum hic natus est mortalibus, suavissimus: Obitus & Δαιμον πάντας οὐδεὶς ἐφιστρούσι.* Principium rerum, paterque censebatur omnium, quæ sunt & erunt per quem omnia nascuntur, ut intelligitur ex columna Ägyptiaca apud Theonem Smyrnæum, & ab eruditissimo Reinesio relata, pag. 210.

ΠΡΕΣΒΥΤΤΑΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΤΣ
ΠΑΝΤΩΝ ΟΣΠΡΙΣ
ΘΕΟΙΣ ΑΘΑΝΑΤΟΙΣ
ΠΝΕΤΜΑΤΙ ΚΑΙ ΟΤΡΑΝΑ
ΗΛΙΩ ΚΑΙ ΣΕΛΗΝΗ
ΚΑΙ ΓΗ ΚΑΙ ΝΥΚΤΙ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑ
ΚΑΙ ΠΑΤΡΙ ΤΩΝ ΟΝΤΩΝ
ΚΑΙ ΕΣΟΜΕΝΩΝ ΕΡΩΤΙ

*Antiquissimus Rex
Omnium Osiris,
Dii immortalibus,
Spiritus & Cælo,
Soli & Lune,
& Terra & Nati, & Dici
& patricorum, que sunt,
queque futura sunt, AMORI.*

Venerantur Thespientes ab inicio maxime Deorum omnium CUPIDINEM, cuius est figurum vetustissimum, rude quoddam saxum. Qui primus rantes apud Thespientes pro ceteris Diis honores CUPIDINI habendos censuerit, compertum non habeo. Hec Paulanias, in Beoticiis. Et paulo post: Thespientibus ex ore CUPIDINEM elaboravit Lyssipus, & ante eum, è marmore Pentelico, Praxiteles. A Phryne, vel Glycera dedicatus est; Et propter quem unum, Thespie visabantur, inquit Cicero in Verrem. In Thespis Beotici Iudi: εὸν μὲν Θεσπίας, Ερόπη, inquit Pindari Scholiafestes in Olympiad.vii. Anno 5. celebratorum, meminit Plutarch. in Eroiticis. Vide p.388. & 390. Τὰ Ερότια Θεσπίων ἀγόντων Αγετοί γὰρ ἀγέντα πυγματεῖον, θεσπιγή ταῖς Μεσαῖς καὶ τῷ Ερότι, φιλοτίμως πάντα καὶ λαμπρός. Hoc est, Amatoria agentibus Thespientibus: Nam certamen quinquennale celebrat, ut Mysis etiam AMORI magnifice admodum & splendidè. Ea autem sacra placandas inter conjuges diffidiis, Cupidini fieri, docet postea idem Plutarchus. Illa ea sunt, quæ Eratosthenia male apud eundem scholastem leguntur, sed optime animadvertente Jo: Meursio, in Gracia feriata Eratosthenia puncupari debent; de quibus ita Athenaeus, l. 13. Θεσπίων τὰ Ερότια τιμῶσι κατὰ Παναθηναία Αθηναῖς. Hoc est, Thespientes sacra Amatoria faciente, ne panathenaea Athenientes. Unde ferè idem Eustathius, Comm. Ω. ad Iliad. Θεσπίων γὰρ ΕΡΩΤΟΣ χάρεν τὰ έροτίδια δύει, ἀστικὰ διάφενα καὶ Παναθηναῖα.

ΟΤΡΑΝΙΩ, Cœlesti seu Uranio. Cicero, l. 3. de nat. Deor. docet tres frusse Cupidines, quorum primus, inquit, Mercurio & Diana natus dicitur: Secundus Mercurio & Venere: Tertius est Anteros, Marte & Venere. Simonides apud Servium, dicit Cupidinem ex Venere tantum esse progenitum.

Diu-

Duplicis AMORIS mentionem facit Plato, in *Sympoſ.* Αὐταγνίορ δὲ ἡ τῇ ΕΡΩΤΑ τὸν μὴ τῷ ἐπέρχεσθαι συμφέρειν, πάντημον ὁρῶντες καλεῖσθαι, τὸν δὲ ΟΤΡΑΝΙΟΝ. Hoc est, Necesse est igitur, & Amorem alteram sequentem, vulgarem recte vocari, hunc verò Cœlestem, sive URANIUM: Ab eo fortasse Plutarchus, in ἐρωτ. Αἴγυπτος eodem, quo Graci modo, duos faciunt Cupidines, vulgarem unum, qui Πάντημος est, & alterum Cœlestem, quiς ΟΤΡΑΝΙΟΣ: Tertium censeri esse Solem: Venerem valde venerantur. Hinc cantat Horatius, od. 17. l. 1. & od. 1. l. 4. mater ſeva Cupidinum.

Cūm omnes ferē Cupidinem Veneris filium facerent, Sappho ab aliis diſſidens, & Cœlo, & Terra natum fingit: vide Interpretē Apollonii, in l. 3. Argon. Ob binos illos Cupidines, duos etiam arcus finxit Euripides, in Iphig. quas intendere quippe soleat Cupido, unum proſperum, & vite beata effectorum; alterum vite perturbatorem, & corruprērem. Τὸ μὲν ἐπ' δαίμονι πότμῳ, τὸ δὲ διὰ συγχύσιοι βιοῖς. Cœleſtem hunc Amorem descripliit Zeno apud Athen. l. 13. c. 1. eſſe Deum liberatiss, amicitie, concordie largitorēs, ab eoque nihil aliud expetitandum: Τὸν ΕΡΩΤΑ θεὸν ἔναν φιλίας τῷ σιδηρίᾳ, ἔτι δὲ τῷ ὅμοιας παραπλανήτῳ, ἄλλα δὲ εἰδήσοις: Deum auxiliatorem in iis, que ad civitatis salutem spectant venerabilem & ab omni turpitudine ſemotum. Τὸν ΕΡΩΤΑ θεὸν ἔναν σωματίῳ χορτα φρός τὸν τῆς πόλεως συντείαν, ſemnὸν τὸν τῇ πάντας αἰχρῶν κεκοστιμένον. Et ille eſt profectō, ut docet Plato, in *Sympoſ.* Πάντων θεῶν ἀδαρεῖστος καὶ τοιοῦτος τῷ ἀρετῷ. Omnia Deorum felicissimus, pulcherrimus, & optimus. Sic nobis COELESTIS AMOR ΟΤΡΑΝΙΟΣ ΕΡΩΣ pulcrorum pulcra ſpecula, mortalia & moribus obnoxia, divinorum, & ſola mente cernendorum machinatus, in figuris, coloribus, formisque adolescentium ruſilantia ea nobis exhibet, memoriamque his initio inflammatans ſenſum excitat. Plutarchus, in amat. Licet ideo amare, & AMORI tempeſtivè gratificari, ex Athen. l. 13. Εἰν τῇ ἐρωτῇ ἔχασκεν τὰ τοιοῦτα.

Manum de tabula.

F I N I S.



ΣΥΝ ΘΕΩ ΚΑΙ ΜΟΥΣΑΙΣ.

